This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

GP
83
832

Gp 83.832 Bd. June, 1891.

Harvard College Library

FROM

The Author.

26 Aug. 1890.

Harvard College Library
from the Author.
Gp 83.832

DE ATTRACTIONIS IN ENVNTIATIONIBVS RELATIVIS VSV PLATONICO

SCRIPSIT

FRANCISCVS LVDOVICVS VAN CLEEF
OHIANVS

BONNAE
TYPIS CAROLI GEORGI VNIV. TYPOGR.
MDCCCXC

DE ATTRACTIONIS
IN ENVNTIATIONIBVS RELATIVIS
VSV PLATONICO

DISSERTATIO PHILOLOGICA QVAM AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE IMPETRANDOS AMPLISSIMO IN VNIVERSITATE FRIDERICIA GVILELMIA RHENANA PHILOSOPHORVM ORDINI TRADITAM VNA CVM SENTENTIIS CONTROVERSIS DIE II MENSIS AVGVSTI ANNI MDCCCXC HORA XII PVBLICE DEFENDET SCRIPTOR

FRANCISCVS LVDOVICVS VAN CLEEF
OHIANVS

ADVERSARII ERVNT

HENRICVS VICTOR FRIEDEL
HERMANNVS IOACHIM
EDVARDVS NORDEN

BONNAE
TYPIS CAROLI GEORGI VNIV. TYPOGR.
MDCCCXC

G p 83.832

AUG 26 1890

The Author

MEORVM STVDIORVM

FAVTORI BENEVOLENTISSIMO

IOHANNI WILLIAMS WHITE

Cum ante hos duos annos seminarii universitatis Harvardianae sodalis ordinarius attractionis in enuntiationibus relativis usum Thucydideum iussus pertractassem, proposui mihi ut huius figurae vestigia apud ceteros scriptores poetasque Graecos persequerer. Quae opera amplissimae materiae si ad exitum perducta esset, libro opus fuisset maiore quam quantum de huiusmodi quaestione edi fas est. Unum igitur scriptorem eligenti, maxime idoneus mihi ad hanc rem visus est auctor orationis solutae elegantissimus perfectissimusque, qui aetate litterarum Graecarum quam dicimus aurea floruit et imprimis nobis, si Graece scribere volumus, imitandus est. Ex attractionis enim usu Platonico tamquam praescripta ac leges constituere poterimus, ex quibus de reliquorum scriptorum usu iudicemus.

Duo autem genera enuntiatorum rell. discernenda videntur, alterum eorum, in quibus pronomini rel. nomen ad quod referatur aut aliud quoddam adminiculum, quo quasi nitatur, in sententia primaria paratum est; alterum eorum in quibus pronomen rel. tali auxilio caret ut etiam nominis ad quod refertur vice fungatur. Utrum igitur enuntiatum rel. nomini vel pronomini vel adiectivo addatur an per se constet, discrimen faciendum est. Sed quo facilius hic libellus cum reliquis qui de hac quaestione scripti sunt comparetur, addo genus prius idem mihi esse quod ceteris *attributivum;* alterum idem quod *substantivum,* quare mihi ignoscetur si meis appellationibus haec nomina addam. Nam omnes qui hanc rem tractaverunt has appellationes, quas Foerster[1] primus proposuit, conservarunt, omnes dico praeter Reisertum. Hic vero quamquam de ea re bene meritus est quod has appellationes ab aliis perperam usurpatas esse ostendit, tamen non bene, me iudice, enuntiata rell. in haec genera disposuit. Omnibus enim mani-

[1] cf. Particulam I de attractionis usu Aeschyleo p. 4 et librum maiorem de attractione apud poetas Graecos p. 68. Cf. etiam dissertationem Maii p. 5, Bohlmanni p. 2, Schulzii p. 1 etc.

festum est vim quae efficit ut casus pronominis rel. mutetur aliam esse, cum vocabulum, quodcumque est, a quo enuntiatio rel. pendeat in sententia primaria omnino non adsit neque eum quem exspectamus casum indicet; aliam, cum tale aliquid addatur.

Attractio autem pronominis relativi singulis libellis tractata est a sequentibus viris doctis, quorum commentationes praeter eam quam Schoene edidit ante oculus habeo. Sed minimi momenti est maior pars horum commentariolorum, praesertim cum materia non satis accurate collecta sit. Bene vero, etiamsi multa praetermisit exempla, omnia apud scriptores Latinos attractionis genera exposita sunt a G. T. A. Kruegero in libro cui inscripsit: *die Attraktion in der lateinischen Sprache; ein Versuch, dieselbe in ihrem ganzen Umfange darzustellen mit beständiger Rücksicht auf das Griechische* [1]. De attractionis autem apud poetas Graecos usu acute accurateque disseruit Richardus Foerster, qui, cum particulam primam de attractionis usu Aeschyleo Vratislaviae anno h. s. LXVI emisisset [2], biennio praeterito librum de attractionis apud poetas Graecos usu universo conscripsit laude dignissimum [3]. Attractionis usum poeticum praeterea tractarunt, secundum temporis ordinem dispositi, hi: Kleinschmidt [4], Krause [5], Dietrich [6]. Ab illis praetermissa sunt

[1] Braunsvigae, 1827.

[2] De attractionis in graeca lingua usu quaestionem Particula I de attractionis usu Aeschyleo.

[3] Quaestiones de attractione enuntiationum rell. qualis quum in aliis tum in graeca lingua potissimumque apud graecos poetas fuerit, Berolini 1868.

[4] Quaestionum de attractione quam dicunt particula prima, scripsit A. F. Kleinschmidt, Einladungsschrift zu der Feier des Schröderschen Gymn. zu Torgau, 1847.

[5] De duorum attractionis generum usu apud tragicos, Isidorus Krause, Vratislaviae, 1863. Genera sunt haec: primum in quo accusativus pronominis rel. ad praecedentem genetivum aut dativum attrahitur pp. 5 sqq.; et alterum in quo anticipatio subiecti inest, ita ut hoc subiectum transferatur in sententiam primariam et obiecti instar quasi apponatur verbo primariae enuntiationis.

[6] De attractionis pronominis rel. usu Sophocleo. Fridericus Dietrich, Darmstadtii, 1873. P. 2. praefationis dicit D.: „itaque recentiore tempore nonnulli viri docti de usu pronominis rel. apud singulos auctores scripserunt Isidorus Krause * * * * * et Richardus Foerster 'de attractionis in graeca lingua usu quaestionum particula I de attractionis usu Aeschyleo'." Hic igitur consulto vel inconsulte praeteriisse videtur Foersteri librum maiorem supra commemoratum. Nonne tanta ignorantia

multa exempla quae postea Foerster collegit; sed Dietrich, qui, annorum quinque intervallo post Foersterum scripsit, et exempla complura praeteriit quae in collectione Foersteri reperire potuit et annotationes singulis locis addidit nugacissimas.

Scriptorum pedestrium singulorum usum pertractarunt Schmidt[1], Schoene[2], Proske[3], May[4], Bohlmann[5], Schultze[6], Graeber[7], et tempore recentissimo Reisert[8]. Praeterea memoratu digna videntur ea capita in quibus de attractione actum est dissertationum Schmollingi[9], Frenzeli[10], Bachi[11].

Hoc autem, ut ita dicam, ornamentum sermonis omnibus magis notum est quam quod hoc loco opus sit explicari. Attractionis vocabulum, ait Foerster[12], primum occurrit in grammatica quam

---

culpa habeatur? Haec tamen dissertatio Dietrichi ad summos in philosophia honores capessendos in universitate Rostochiensi scripta est!

1 Von den Haupterscheinungen der grammatischen Attraktion, ihrem Zweck und ihrer Bedeutung, in der griechischen, lateinischen, französischen und deutschen Sprache. Progr. des königl. Gymn. zu Quedlinburg, 1858. Hoc loco mentionem facio capitis quod attractionem in lingua germana tractat a Iacobo Grimm scripti, quod primum sub auctoritate academiae artium Berolinensis editum est, 1858.

2 De attractionis quam dicunt singularibus exemplis apud Herodotum repertis brevis commentatio, F. G. Schoene, Herford, 1840.

3 Quaestionum de attractionis apud Xenophontem usu pars prior, Jahresbericht d. Progymn. zu Gr.-Strehlitz o. S. 1869.

4 De attractionis usu Herodoteo, dissertatio inauguralis philol. Vratislaviae, 1878.

5 De attractionis usu et progressu qualis fuerit in enuntiationibus relativis apud Herodotum, Antiphontem, Thucydidem, Andocidem, Lysiam, dissertatio inauguralis Vratislaviae, 1882.

6 De attractionis pronominis relativi apud oratores Atticos recentiores usu et formis. Progr. d. Gymn. zu Bautzen, 1882.

7 Die Attraktion des Relativums bei Xenophon; wissenschaftliche Beilage zum Osterprogr. d. Martineums zu Breklum, 1885.

8 Zur Attraktion der Relativsätze in der griechischen Prosa. Ein Beitrag zur historischen Syntax der griech. Sprache. I. Allgemeines. Herodot und Thucydides. Dissert. inaug. in universitate Wurzburgiensi, 1889.

9 Über den Gebrauch einiger Pronomina auf attischen Inschriften. 2. Teil. Osterprogr. des königl. Marienstiftsgymn. zu Stettin, 1885.

10 Die Entwickelung des relativen Satzbaues im Griechischen. Jos. Frenzel, Paderborn, 1889.

11 De attractione quae dicitur inversa apud scriptores latinos. Progr. des Bischöfschen Gymn. zu Strassburg, 1888.

12 Cf. II. p. 25.

ediderunt *Messieurs de Port Royal* praecipua usi opera Claudii Lanceloti, Parisiis 1644, quam vocem ad hanc rem designandam paene omnes grammatici conservarunt. Cui appellationi acerrime repugnavit Krueger solus grammaticorum, qui nomen imponere voluit assimilationem[1]; et Reisert, qui etiam Kruegeri propositum reiecit, ipse suadet ut dicatur contractio vel contaminatio[2]. Sed meo iudicio inter has omnes appellationes minus interest quam ut contentionis sit causa; omne in eo positum esse videtur, quo modo hanc rem animo contempleris, sive attractionem sive assimilationem sive contractionem sive contaminationem voces. Mihi quidem longe optimum videtur nomen attractionis, quod adhuc nulli alii, quoad scio, rei artis grammaticae occupatum est. Certe non probo appellationem contractionis neque contaminationis, qua utraque ad aliquid designandum utimur, quod iam certum ac definitum et omni tironi satis notum est. Qui cum haec vocabula sensu mutato legerit facile in errorem incidere poterit.

Ad doctrinam autem grammaticorum nostrae aetatis vix opus esse videtur ut animos intendamus, qui non modo de attractionis usu Platonico sed etiam de eiusdem figurae in universum usu apud auctores aetate superiores Platone atque inferiores scripserunt. Nam ad meum consilium maxime conducet si grammaticorum interpretationes ad singulos locos proferam atque ubi res feret de doctrina eorum adnotabo.

Sed de ratione ac dispositione huius commentationis video mihi pauca praefanda esse. Priore parte opusculi exemplis attractionis vel adhibitae vel neglectae collectis et secundum sententiarum ordinem dispositis, causas, leges, fines attractionis statuere conabor. Deinde parte altera Platonem cum novem auctoribus qui eo aetate superiores vel aequales sunt ita comparabo, ut attractionis usus et progressus definiatur.

Ut vero constantia ratioque commentationi insit, eum sequar ordinem dialogorum Platonicorum quem post alios Guil. Christ vir doctissimus in libro de historia litterarum Graecarum p. 337 sqq. probavit. Quinque igitur genera discernimus dialogorum: primum Socraticorum, quos dicunt, qui sunt Apologia (ut Graeca nomina

---

[1] Grammatica graeca § 51. 10. „Assimilation, gewöhnlich falsch und unpassend Attraktion genannt.“

[2] p. 10 sq.

serventur), Crito, Euthyphro, Lysis, Charmides, Hippias minor, Laches, Io; alterum dialogorum dialecticorum, qui dicuntur, in quo numero sunt Gorgias, Meno, Protagoras, Phaedrus, Cratylus, Euthydemus, Phaedo, Symposium, Theaetetus; tertium constructivorum (venia detur vocabulo), Politiam dico, Timaeum, Critiam, Sophistem, Politicum, Parmenidem, Philebum, Leges; quartum eorum qui ab antiquis Platoni falso tributi longe a genuinis Platonicis distare videntur, Theages, Alcibiades primus et alter, Hippias maior, Hipparchus, Menexenus, Anterastae, Clitopho, Epinomis, Minos, Epistulae; quintum eorum qui ab ipsis antiquis suppositicii habiti sunt. Ultimum autem genus, quod exempla attractionis perpauca praebet eaque quae in neutram partem spectent praetermittamus licet. Sed ne pluribus legentem morer, transeo ad ipsa exempla, quae contra Reisertum puto necessario hoc loco adponenda et gravissima quaeque litteratim describenda esse.

PARS PRIMA.

Exempla attractionis adhibitae vel omissae ordine rationeque disposita.

CAPUT I.

Accusativus pronominis relativi per assimilationem genitivum induit,

A. In eis enuntiatis quae adminiculum quoddam, quo quasi nitantur, in sententia primaria habent, quod attributivum genus dicitur.

1. Neutri generis.

Enuntiatum relativum e duobus vocabulis constat, i. e. pronomine et verbo.

Apol. 17 A *μάλιστα δὲ αὐτῶν ἓν ἐθαύμασα τῶν πολλῶν ὧν ἐψεύσαντο*
Lysis. 217 B *ὑπὸ τοῦ κακοῦ οὗ ἔχει.*
Ion. 538 B *περὶ τῶν ἐπῶν ὧν εἶπες*
Gorg. 478 B *τί οὖν τούτων κάλλιστόν ἐστιν [ὧν λέγεις]*[1]*;*
„ 496 D *τούτου οὗ λέγεις*
„ 501 A *τούτου οὗ θεραπεύει*
Menon. 98 B *ἐκείνων * * ὧν οἶδα.*
Prot. 313 D *τούτων * ὧν πωλοῦσιν*
Phaed. 60 D *περὶ γάρ τοι τῶν ποιημάτων ὧν πεποίηκας,*
„ 74 A *ἐκείνου οὗ ἀνεμνήσθη.*
„ 98 C *τὰς αἰτίας ἑκάστων ὧν πράττω*
„ 114 C *τούτων δὴ ἕνεκα χρὴ ὧν διεληλύθαμεν,*
Theat. 163 E (bis) *οὐκοῦν ὧν ἔμαθε καὶ ὧν ᾔσθετο, τοιουτωνί τινων.*
„ 193 A *ἐκείνων * * ὧν ἔλεγον.*
Pol.[2] V. 450 C *τῶν ἔμπροσθεν ὧν διήλθομεν.*
„ VII. 523 A *τῶν πρὸς τὴν νόησιν ἀγόντων * * ὧν ζητοῦμεν*[3].

---

[1] Delevit Ficinus, Schanzio consentiente.

[2] Hac nota significatur Politia, nota Polit. Politicus.

[3] Codices variant sed maiorem auctoritatem habet lectio *ὧν*.

Pol. VII. 531 C *ἡ τούτων πάντων ὧν διεληλύθαμεν μέθοδος*
„ X. 614 D *σημεῖα πάντων ὧν ἔπραξαν.*
Tim. 25 A *ἐντὸς τοῦ στόματος οὗ λέγομεν*
„ 54 C *ἐκ τῶν τριγώνων ὧν προῃρήμεθα*
Soph. 247 B *καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον ὧν ἠρώτηκας*
Parm. 142 D *τοῦ αὐτοῦ δὲ ἐκείνου οὗ ὑπεθέμεθα*
Legg. III. 702 B *τὰ τῶν λόγων τούτων πάντων ὧν διεξήλθομεν*
Menex. 239 C *τούτων ὧν λέγω.*
Epist. III. 316 B *ὧν εἶπον περὶ προτέρων κτλ.*
„ VII. 341 B *οὐδὲν τῶν αὐτῶν ὧν ἀκούοι.*
„ VII. 346 D *τούτων * * * ὧν φησίν.*

Enuntiatio rel. constat e tribus vocabulis, i. e. pronomine, subiecto vel particula, verbo.

Lys. 205 A *τούτων * * * * * * ὧν ὅδε λέγει;*
Charm. 164 B *ἀπὸ τοῦ ἔργου οὗ ἂν πράττῃ*
Lach. 180 C *τῶν τοιούτων ὧν σὺ ζητεῖς*
Gorg. 471 E *τούτων * ὧν σὺ φῄς.*
„ 521 D *περὶ τούτων * * ὧν σὺ λέγεις*[1]
Menon. 85 C *[περὶ τούτων ὧν οὐκ οἶδεν]*[2]
Crat. 424 A *περὶ ἐκείνων τῶν ὀνομάτων ὧν σὺ ἤρου.*
Phaed. 103 C *τούτων * ὧν ὅδε εἶπεν;*
Pol. I. 337 C *ὧν ἐγὼ ἀπεῖπον, τούτων*
„ VI. 487 D *ὑπὸ τοῦ ἐπιτηδεύματος οὗ σὺ ἐπαινεῖς*
„ VII. 516 B *ἐκείνων ὧν σφεῖς ἑώρων*
Parm. 130 C *αὐτῶν ὧν ἡμεῖς μεταχειριζόμεθα*
Epist. V. 321 C *περί τε τῶν ἄλλων ὧν ἂν φράζῃς*

Enunt. rel. e quattuor vocc. constat, i. e. pronomine, subiecto, particula, verbo.

Euthyd. 277 B *τούτου οὗ ἄν τις μανθάνῃ;*
Parm. 126 A *τῶν τῇδε ὧν ἡμεῖς δυνατοί.*
Legg. VI. 754 D *τῶν γραμμάτων ὧν ἂν ἕκαστος ἀπογράψῃ*[3]*;*
Alc. I. 127 C *περὶ τούτων ὧν οἱ μὲν ἴσασιν, οἱ δ' οὔ;*

---

[1] Codices praebent *ὅ*. Laurent. XVII. 84 *ὧν*.
[2] Bekker uncis inclusit propter tautologiam.
[3] Lacunam post *ἀπογράψῃ* indicavit Badham p. XVII, quem secutus est Schanz. Constructio igitur vocabuli *γραμμάτων* in suspenso relinquitur.

Enunt. rel. e sex vocc. constat, i. e. pronomine, subiecto cum additamentis, verbo.

Gorg. 452 A τούτων ὧν ἐπήνεσεν ὁ τὸ σκολιὸν ποιήσας
Hipparch. 225 C τῶν σοφῶν ῥημάτων *, ὧν οἱ δεξιοὶ περὶ τὰς δίκας καλλιεποῦνται.

Enunt. rel. additamentis adverbialibus productum tribus vocc. circumscribitur:

Symp. 207 C ἐκείνου * * * * οὗ πολλάκις ὡμολογήκαμεν
Legg. IV. 722 C ἐξ αὐτῶν ὧν νῦν διειλέγμεθα

quattuor vocc.:

Euthyph. 14 E ἀπὸ τῶν δώρων ὧν παρ' ἡμῶν λαμβάνουσιν
Crat. 422 D ὧν γε νῦν διεληλύθαμεν τῶν ὀνομάτων
Euthyd. 278 E ὧν νῦν δὴ ἐφοβούμην ἕν τῶν καταγελάστων;
„ 281 A ὧν ἐλέγομεν τὸ πρῶτον τῶν ἀγαθῶν
Phaed. 76 B περὶ τούτων ὧν νῦν δὴ ἐλέγομεν;
Theaet. 171 C περὶ ἑνὸς οὗ ἂν μὴ μάθῃ.
Pol. III. 414 B τῶν ψευδῶν τῶν ἐν δέοντι γενομένων, ὧν νῦν δὴ ἐλέγομεν,

quinque vocabulis:

Phaedr. 269 A ὧν νῦν δὴ ἡμεῖς διῆμεν τῶν παγκάλων τεχνημάτων,
Phaed. 70 A τούτων τῶν κακῶν ὧν σὺ νῦν δὴ διῆλθες.
Tim. 56 C ἐκ δὴ πάντων ὧν περὶ τὰ γένη προειρήκαμεν,

sex vocabulis:

Legg. IV. 723 D ἀπ' ἐκείνων * * * * ὧν οὐχ ὡς προοιμιαζόμενος εἶπες τότε.

Constructio verbi cum infinitivo:

Lys. 206 C ἀντὶ τούτων, ὧν οὗτος λέγειν τε καὶ ᾄδειν φασί σε.
Menon. 75 D δι' ἐκείνων ὧν ἂν προσομολογῇ εἰδέναι ὁ ἐρωτώμενος.
Prot. 347 E περὶ πράγματος * οὗ ἀδυνατοῦσιν ἐξελέγξαι.
Pol. VII. 526 A περὶ τούτων * ὧν διανοηθῆναι μόνον ἐγχωρεῖ,
Legg. VI. 758 C τῶν ὧν προσήκει πόλει πρὸς πόλεις ἄλλας ἀποκρίνεσθαί τε καὶ ἐρωτήσασαν ἑτέρας ἀποδέξασθαι τὰς αποκρίσεις[1],

Constructio verbi cum participio:

Ion. 536 E περὶ τούτων ὧν σὺ μὲν τυγχάνεις οὐκ εἰδώς, Ὅμηρος δὲ λέγει.

---

[1] τῶν loco demonstrativi positum est.

Legg. V. 746 A *καὶ χρυσοῦ στερόμενοι καὶ ἑτέρων ὧν δῆλος ὁ νομοθέτης προστάξων ἐστὶν ἐκ τούτων τῶν νῦν εἰρημένων*[1],

Verbum enuntiati rel. duos accusativos regit:

Ion. 532 E *περὶ τούτου οὗ νῦν ἠρόμην σε,*
Legg. XI. 921 A *τῶν ἔργων * ὧν ἂν τὸν ἐκδόντα ψεύσηται,*

Verbum enuntiati rel. praeter accusativum cum dativo coniunctum est.

Gorg. 487 E. *περὶ τούτων ὧν σὺ δή μοι ἐπετίμησας,*

2. Masculini generis, notio rei:

Lach. 188 C *ἀξίου τῶν λόγων ὧν λέγει,*
Gorg. 471 E *τῶν λόγων ὧν ἂν λέγωσι*
Pol. IV. 425 E *τῶν νόμων ὧν ἔμπροσθεν διήλθομεν.*

notio personae:

Gorg. 469 D *τῶν ἀνθρώπων ὧν σὺ ὁρᾷς*
„ 512 C *τῶν ἄλλων ὧν νῦν δὴ ἔλεγον;*
„ 515 C *τῶν ἀνδρῶν ὧν ὀλίγῳ πρότερον ἔλεγες,*
Euthyd. 304 C *ἐκείνων ὧν δὴ καὶ σὺ ἔλεγες,*
Symp. 177 E *τουτωνὶ ὧν ἐγὼ ὁρῶ.*
Alc. I. 104 B *ξυμπάντων ὧν εἶπον*
Theag. 124 C *τούτων * ὧν σὺ λέγεις,*

3. Feminini generis, notio rei:

Hipp. II. 368 D *περὶ τῶν τεχνῶν δὴ ὧν ἄρτι ἐγὼ ἔλεγον*
Gorg. 451 A *ὧν νῦν δὴ ἔλεγον περὶ ἡστισοῦν τῶν τεχνῶν*
Théaet. 209 C *τῶν ἄλλων σιμοτήτων ὧν ἐγὼ ἑώρακα*
Pol. II. 375 D *ἧς γὰρ προυθέμεθα εἰκόνος*
„ III. 413 E *μουσικῆς ἧς ἐμάνθανεν,*
Hipp. I. 291 C *οἷν ἄρτι ἔλεγον τοῖν τορύναιν*
Epin. 986 A *τῶν περὶ ὅλον οὐρανὸν γεγονυίας ἀδελφὰς ἀλλήλων, ὧν καθεώρακα ἐγώ.*

Restat autem quartum genus eorum locorum qui separatim commemorandi sunt.

Primum eorum, ubi enunt. rel. inter nomen ad quod pronomen rel. refertur et praepositionem a qua nomen pendet intericitur:

Gorg. 469 A *οὕτω σοι δοκεῖ ἔχειν περὶ ὧν λέγω τῶν ἀνθρώπων;*
Soph. 246 C *λάβωμεν λόγον ὑπὲρ ἧς τίθενται τῆς οὐσίας.*

---

[1] Badham coniecit *ἕτερα ἃ* (p. XII).

Deinde illud, cum nomen ad quod pronomen rel. spectat in sententiam relativam transfertur; id quod mihi brevitatis causa liceat incorporationem appellare, qua appellatione iam dudum grammatici Anglici usi sunt. Minus apte transpositionem dixeris quod nomen additamentis spoliatum in corpus quasi enuntiati relativi translatum est.

Prot. 313 C *καὶ γὰρ οὗτοί που ὧν ἄγουσιν ἀγωγίμων οὔτε αὐτοὶ ἴσασιν ὅ τι χρηστὸν κτλ.*

Phaedr. 249 A *διάγουσιν ἀξίως οὗ ἐν ἀνθρώπου εἴδει ἐβίωσαν βίου.*

„ 250 A *λήθην ὧν τότε εἶδον ἱερῶν ἔχειν.*

„ 271 E *ἢ μηδὲ εἰδέναι πω πλέον αὐτῶν ὧν τότε ἤκουε λόγων ξυνών.*

Pol. V. 456 D *τυχόντας ἧς διήλθομεν παιδείας,*

„ VII. 525 B *ὧν ζητοῦμεν ἄρα, ὡς ἔοικε, μαθημάτων ἂν εἴη.*

„ IX. 572 C *μεστοῖς ὧν ἄρτι διήλθομεν ἐπιθυμιῶν,*

„ IX. 582 A *ἐμπειρότατος πασῶν ὧν εἴπομεν ἡδονῶν;*

Hipp. I. 297 D *ἐμοὶ δέ γε πάντων ἥκιστ' ἀρέσκει ὧν εἰρήκαμεν λόγων.*

Hipp. I. 286 E *καὶ σμικρόν τί που τοῦτ' ἂν εἴη μάθημα ὧν σὺ τῶν πολλῶν ἐπίσταται.*

Tertium est, cum attractio coniungitur cum ea figura quae Graece dicitur *πρόληψις*, per quam nomen vel quod pro nomine est ex secundaria sententia sublatum in enuntiationem primariam transfertur.

Apol. 29 B *πρὸ οὖν τῶν κακῶν ὧν οἶδα ὅτι κακά ἐστιν.* (cf. 37 B infra.)

Legg. VII. 820 B *ἓν ἐκείνων τοῦτ' ἐστὶν ὧν ἔφαμεν αἰσχρὸν μὲν γεγονέναι τὸ μὴ ἐπίστασθαι*

His addendum est, quod infra tractatur exemplum figurae etymologicae, quam dicimus, ubi obiectum e graecae linguae usu ad verbum eiusdem radicis vel significationis adponitur.

Charm. 155 B *περὶ τῆς ἀσθενείας ἧς πρώην πρός με ἔλεγεν ὅτι ἀσθενοῖ.*

Quartum, cum pronomini rel. infinitivus subicitur ita ut genetivus relativi simul subiectum sit infinitivi.

Ion. 535 E *οὗτός ἐστιν ὁ θεατὴς τῶν δακτυλίων ὁ ἔσχατος ὧν ἐγὼ ἔλεγον ὑπὸ τῆς Ἡρακλειώτιδος λίθου ἀπ' ἀλλήλων τὴν δύναμιν λαμβάνειν;*

Attracta sunt pronomina *ὅστις, ὅσπερ, ὅσος.*

Phil. 43 D *τριῶν οὖν ὄντων ἡμῖν ὧντινων βούλει,*

Theaet. 164 A τούτου γέγονεν, οὗπερ ὁρῶν[1].
Phil. 29 D καὶ τῶν ἄλλων δὴ πάντων ὅσων ἠρώτησα ὀλίγον ἔμπροσθεν[2].

Exempla igitur huius generis numero sunt 106. Inter quae formam ὧν ter et octogies legimus, οὗ quaterdecies, ἧς quinquies, οἷν (feminini dualis) semel. Adde quod omnia exempla formae ἧς attractae in eis inveniuntur enuntiatis rell., in quibus nomen ad quod pronomen rel. referendum est in sententiam rel. translatum est; quo facto attractio facilius adhiberi potuit. Sed praeter relativum ὅς pronomen ὅστις semel attractum est, Phil. 43 D. Quo cum loco componendi sunt loci plerique in quibus post verba βούλεσθαι, ἐθέλειν, quae sunt similia, supplendus est infinitivus e verbo enuntiationis primariae. Cf. e. g. Legg. III, 687 A ἄλλων ἄρχοντας ὧν βουληθεῖεν [sc. ἄρχειν] et saepissime. Quorum ad similitudinem Philebi loco Plato potuit scribere τριῶν οὖν ὄντων ἡμῖν ὧντινων βούλει. Deinde attractio adhibita est pronomini ὅσπερ loco Theaet. 164 A. Sed num pronomen ὅσος loco Philebi 29 D attractioni subiectum sit, potest dubitari. Etiamsi enim lectionem deteriorum codicum reicimus, tamen locum facile explicare possumus, si eis addimus quos infra in capite quinto tractabo.

De genere pronominis adnoto pronomen neutri generis 79 locis, masculini 15, feminini 12 occurrere. Quibus locis pronomini masculino et feminino notio personae septies tantum inest. Quinquies autem genus colligendum est e contextu orationis, Alc. I. 104 B, Theag. 124 C, Gorg. 512 C, Euthyd. 304 C, Symp. 177 E. Reliquis locis adponitur vocabulum generale, ut ἀνδρῶν vel ἀνθρώπων. Cf. Gorg. 469 D, 515 C.

Etiam de numero est quod commemoretur. Nam plurali quinquies et octogies attractio accidit, vicies singulari, semel duali (et id quidem in dialogo Hipparcho qui Platoni falso attribuitur). Singularis generis masculini non exstat.

Saepissime autem in enuntt. rell. occurrunt verba dicendi, velut λέγειν semel et vicies, εἰπεῖν sexies, φῆναι bis, εἰρηκέναι semel, διέρ-

---

[1] Codices praebent ὁρῶν quod correctores in ὁρᾷ temere correxerunt.
[2] Nonnulli codices, ut Bekkeriani r c Σ, praebent ἠρώτησα πέρι ita ut attractio tollatur, quorum auctoritati cessit Bekker. Codices vero deteriores cur sequamur iusta non est causa. Nam locus sanabitur deleto glossemate οὕτως ἀποκρινεῖ.

χεσθαι novies; deinde verba sciendi, interrogandi etc. Sed mihi videtur nihil interesse quale verbum enuntiationis rel. sit.

Praeterea paene omnibus exemplis apparet pronomen loco obiecti quod dicitur directi positum esse. Sed excipiendi sunt decem loci, quorum duo, Ion. 532 E, Legg. 921 A, huic generi non recte adnumerantur, ubi verba interrogandi et mentiendi binos accusativos regunt: illud ibi obiectum attractum est quod notionem rei significat. Bis accusativus post verbum *ψεύδεσθαι* in genitivum abiit, Apol. 17 A, Legg. 921 A (supra commemoratus). Figurae etymologicae haec exempla reperimus Legg. 754 D *γραμμάτων ὧν ἂν ἀπογράψῃ* et Prot. 313 C *ἀγωγίμων ὧν ἄγουσι,* quo loco vocabulum *ἀγωγίμων* quod ad primariam pertinet in secundariam sententiam translatum est. Reliqui vero sunt quinque loci, quibus nomen regens ex eadem radice ac verbum enuntiati rel. ductum est: quater pronomen pluralis numeri est: Lach. 188 C, Gorg. 471 E *λόγων ὧν λέγω,* Ion. 538 B *ἐπῶν ὧν εἶπον,* Phaed. 60 D *ποιημάτων ὧν ποιῶ;* semel tantum pronomen est singularis, Charm. 155 B, ubi prolepsis una cum attractione adhibita est. Hunc vero locum valde dubito num hoc modo explicem. Facilior enim ac melior esse mihi videtur interpretatio Stallbaumi, qui docet *περί* praepositionem e contextu supplendam esse. Quae interpretatio si recta est, hoc exemplum non in numero attractorum ponendum est sed eorum quae in capite quinto tractabo.

Semel tantum pronomen rel. simul infinitivi subiectum est, Ion. 535 E, qui locus dubitari potest an corruptus sit. Nam multo longior atque contortior est enuntiatio rel. hoc loco quam ceteris, cum duodecim vocabulis constet. Accedit quod pronomen masculini generis est, in quod attractio raro cadit.

Semel apparet attractio cum prolepsi coniuncta, id quod facile explicari potest. Cum enim prolepsis adhibita sit, qua figura frequentissime usa est lingua Graeca eo consilio, ut nomen maiore cum vi pronuntiaretur, pronomen quod nunc nomini regenti proprius accessit facile ad hoc trahitur eiusque casum per assimilationem induit.

Deinde nomen primariae sententiae in secundariam sic transferri solet, ut casum non solum ipsum servet sed etiam cum pronomine communicet. Duobus autem locis nomen cum articulo in sententiam rel. translatum videmus, Gorg. 469 A, Soph. 246 C; id quod recte appellari potest transpositio. Qui loci adsignandi vi-

dentur generi eorum, quos primo loco protuli. Licentiam vero quam maximam in ordine verborum enuntiationum rell. usurpatam esse e sequentibus apparebit. His autem quos ante oculos habemus locis notabile est enuntiata rell. inter praepositionem et articulum interiecta esse, quasi loco attributi. Sed incorporatio, quam dixi, non fit nisi articulo separato a nomine.

Modus autem his enuntiatis rell. paene omnibus adhibitus est indicativus. Nam ter et nonagies apparet indicativus solus, ter indicativus cum infinitivo, bis indicativus cum participio. Coniunctivus cum ἄν particula sexies legitur, semel coniunctivus cum infinitivo, semel optativus orationis obliquae, Epist. 341 B. Omnia autem verbi tempora reperiuntur praeter futurum et futurum exactum, quorum vicaria esse concedo tempora coniunctivi.

Reliquum est ut de ambitu enuntiatorum rell. et positione pauca dicam. Enuntiatum rel. modum quattuor vocabulorum raro egressum est; quinquies ex quinque vocibus constitit, quater ex sex, bis ex septem, semel octo (Lys. 206 C), semel ex undecim (Legg. 746 A), semel ex duodecim (Ion. 535 E, q. v. supra). Septies tantum enuntiatum rel. sententiam primariam antecedit. Singulis vel binis vocabulis interpositis dirempta est enuntiatio rel. a nomine regenti decem locis, ternis vocabulis bis, semel quattuor vocibus (Legg. 723 D), semel sex (Lys. 205 A). Ultimo loco tota sententia secundaria interiecta est.

Haec habui quae de priore genere vel attributivo dicenda existimarem.

B. Genus eorum enuntiatorum quae nullum auxilium in sententia primaria habent, vel substantivum genus.

Huius generis exempla secundum naturam vocabulorum e quibus enuntiationes relativae pendent in diversas classes distribuam, ut rationem singulorum locorum quam optime intellegamus.

I. A nominibus pendent enuntiata rel.

1. Neutri generis.

Enuntiatio rel. constat e duobus vocabulis:

Euthyph. 14 B τὸ κεφάλαιον ὧν ἠρώτων.
Gorg. 465 A λόγον οὐδένα ὧν προσφέρει[1],
501 A τὴν αἰτίαν ὧν πράττει,

---

[1] Codices praebent ᾧ προσφέρει ἃ προσφέρει. Ficinus primus emendavit in ὧν προσφέρει, alii alia coniectarunt.

Phaedr. 260 D *καρπὸν ὧν ἔσπειρε*[1]
Crat. 415 A *τὴν κορυφὴν ὧν εἴρηκα,*
Phaed. 95 B *τὸ κεφάλαιον ὧν ζητεῖς.*
Theaet. 166 B *μνήμην * * ὧν ἔπαθε*
Pol. VI. 491 C *τὸν τόπον ὧν λέγω.*
„ VII. 533 A *εἰκόνα * * οὗ λέγομεν*
„ IX. 571 B *ἡ ζήτησις οὗ ζητοῦμεν.*
Soph. 268 A *γένους ὧν εἴρηκας.*
Legg. III. 702 D *οὗ ζητοῦμεν ἐπίσκεψις*
Menex. 244 B (bis) *συγγνώμην * * ὧν τ' ἐποιήσαμεν ὧν τ' ἐπάθομεν.*

e tribus vocabulis:

Gorg. 474 A *ἐγὼ γὰρ ὧν ἂν λέγω * * * μάρτυρα*
Pol. X. 602 B *ἐπιστήμην * ὧν ἂν γράφῃ.*
Legg. XI. 917 C *τιμὰς ὧν ἂν πωλῇ*

e quattuor vocabulis:

Apol. 24 D *τεκμήριον οὗ δὴ ἐγὼ λέγω,*
Gorg. 456 A *αἵρεσις * ὧν δὴ σὺ ἔλεγες.*

Additamentum accedit enuntiato rel. e tribus vocabulis composito

Crat. 435 B *δήλωσιν ὧν διανοούμενοι λέγομεν,*

e quattuor vocabulis:

Crat. 411 E *σωτηρία οὗ νῦν δὴ ἐσκέμμεθα,*
„ 432 C *ὀρθότητα * [καὶ ὧν νῦν δὴ ἐλέγομεν]*[2].
Phaed. 71 C *συζυγίαν ὧν νῦν δὴ ἔλεγον,*
Pol. II. 366 A *δίκην * ὧν ἂν ἐνθάδε ἀδικήσωμεν.*
„ VIII. 558 B *καταφρόνησις ὧν ἡμεῖς ἐλέγομεν σεμνύνοντες,*

e quinque vocabulis:

Crit. 112 E *μνήμης * * * ὧν ἔτι παῖδες ὄντες ἠκούσαμεν,*

Infinitivus verbo adhibetur:

Pol. V. 451 A *χάριν οὗ μέλλω λέγειν.*

2. Masculini et feminini generis omnino desunt exempla.

Pronomen rel. infinitivi subiectum est.

Legg. VIII. 849 B *ὧν δεῖ πραθῆναι τὸ μέρος*

II. Ex *οὐδέν* vel *μηδέν* pendentia.

Enuntiatio rel. circumscripta est duobus vocabulis:

Apol. 22 C *οὐδὲν ὧν λέγουσι.*

---

[1] Sed codices variant inter *ὧν* (*T*) et *ὃν* (*B*) quarum lectionum priorum retinerunt Steph. Heind., Bekk., Buttm., Stallb., Ast.

[2] Delevit Schanz, Spec. Crit. p. 42.

Euthyph. 3 C *οὐδὲν * * * * ὧν προεῖπον.*
Charm. 165 B *οὐδὲν * * ὧν ἐλέγομεν.*
Gorg. 466 E *οὐδὲν * * ὧν βούλονται,*
Menon. 99 C *οὐδὲν ὧν λέγουσιν.*
„ 99 D *μηδὲν * ὧν λέγουσιν.*
Crat. 399 C *ὧν ὁρᾷ οὐδὲν*
„ 428 A *οὐδὲν * * ὧν εἴρηκα,*
Pol. I. 337 B *ὧν προεῖπες μηδέν;*
„ I. 337 E *μηδὲν * ὧν ἡγεῖται*
„ V. 479 E *ὧν δοξάζουσιν οὐδέν.*
Tim. 20 A *οὐδενὸς * * ὧν λέγομεν.*
Legg. I. 642 E *οὐδὲν ὧν ἤλπιζον*
Epist. VII. 344 D *οὐδὲν * * * * * ὧν ἔγραψε,*

tribus vocabulis:

Gorg. 505 C *οὐδὲν ὧν σὺ λέγεις,*

quattuor vocabulis:

Charm. 168 A *ὧν δὲ αἱ ἄλλαι δοξάζουσι μηδὲν*

Additamentum adverbiale additur:

Symp. 201 B *οὐδὲν * ὧν τότε εἶπον.*
Theaet. 199 C *ὧν ἐν τοῖς πρόσθεν ἐδυσχεραίνομεν οὐδὲν*
Pol. VIII. 543 B *οὐδὲν * * * * ὧν νῦν οἱ ἄλλοι* [sc. *κέκτηνται*].
Epin. 985 D *ὧν ὁ πάτριος νόμος εἴρηκε περὶ θυσιῶν * μηδὲν*

Verbum cum infinitivo coniunctum est:

Epist. VII. 343 D *μηδὲν * ὧν ἂν ἐπιχειρῇ γράφειν ἢ λέγειν.*

III. Ex aliis pronominibus pendentia.

1. Neutri generis:

Enuntiatio rel. circumscripta est duobis verbis:

Lys. 211 D *τι ὧν λέγω*
Gorg. 449 C *τοῦτο ἕν ἐστιν ὧν φημι*
Gorg. 466 C *ἐφ' ἑκάστου ὧν λέγεις,*
Prot. 332 A *ἄλλο ὧν ἔλεγες*
Theaet. 188 B *ἕτερ' ἄττα ὧν οἶδε,*
„ 191 E *τι ὧν ὁρᾷ ἢ ἀκούει,*
„ 192 A *ἕτερόν τι ὧν οἶδεν κτλ.* (quinquies) = 192 C (bis).
Pol. II. 371 C *τι ὧν ποιεῖ,*
„ II. 371 E *τίνι * * ὧν ἐσκέμμεθα;*
„ VI. 491 B *ἓν ἕκαστον ὧν ἐπῃνέσαμεν*
Legg. III. 696 D *ὧν ἠρόμην ὁποτερονοῦν*

Epist. VII. 347 A τι * ὧν φησίν,
„ XIII. 363 C ἄλλο τι ὧν ἐπιστέλλω,

tribus verbis:

Ion. 536 E ὧν Ὅμηρος λέγει περὶ τίνος
Menon. 80 D ποῖον * ὧν οὐκ οἶσθα[1]
Phaed. 96 A τί * * * ὧν ἄν λέγω,
Theaet. 151 C τι ὧν ἂν λέγῃς,
„ 188 B ἕτερ' ἄττα ὧν μὴ οἶδε.
cf. 192 A: 196 B: 192 C (bis).
191 D ὅτι * * * ὧν ἂν ἴδωμεν ἢ ἀκούσωμεν ἢ αὐτοὶ ἐννοήσωμεν,

pluribus:

Theaet. 210 C τι * ὧν οἱ ἄλλοι [sc. ἴσασιν].
Euthyph. 37 B ὃ * * * * ὧν ἂν ᾖ σὺ ἢ ἄλλος τις πράττῃ.

Additamento adverbiali adiecto:

Symp. 214 D τί * * ὧν ἄρτι εἶπεν;
Hipp. II. 363 B ἔστι γ' ἃ * * * * ὧν νῦν δὴ ἔλεγε περὶ Ὁμήρου.

Verbum enunt. rel. praeter accusativum genitivum flagitat:

Symp. 173 B ἔνια * * ὧν ἐκείνου ἤκουσα,

Constructio verbi cum infinitivo accedit:

Theaet. 192 E τοῦτο * * * ὧν βούλομαι δηλῶσαι.
Pol. VII. 531 E τι ὧν φαμὲν δεῖν εἰδέναι;

2. Masculini generis cum notione personae:

Theaet. 193 B ἕτερόν τιν' εἶναι ὧν μὴ οἶδα.
Anter. 138 D ἄλλος τις ὧν νῦν δὴ διεληλύθαμεν[2].

3. Feminini generis cum notione rerum:

Theaet. 200 B ἑτέραν αἰτὴν * τινα * ὧν οἶδεν;
„ 200 B ἑτέραν ὧν οὐκ οἶδεν;

Attractio cum prolepsi accedit:

Apol. 37 B τι ὧν εὖ οἶδ' ὅτι κακῶν ὄντων.

Sententia rel. attributo pronomini adiecto producitur:

Phaedr. 247 D οὐδ' ἥ ἐστί που ἑτέρα ἐν ἑτέρῳ οὖσα ὧν ἡμεῖς νῦν ὄντων καλοῦμεν[3]

---

[1] Codices ὧν; ὃ praefert Ast.

[2] Codex B praebet διεληλύθαμεν, codex T διήλθομεν.

[3] Cf. notas Stephani apud Astium X. p. 420, Kühneri 914, Matthiae p. 887.

Phaedr. 262 C βούλη οὖν * * * * * * * * * * * ἰδεῖν τι ὧν φαμεν ἄτεχνόν τε καὶ ἔντεχνον εἶναι[1];

IV. Ex adiectivis aut verbis aut adverbiis pendentia.

1. Neutri generis:

Enuntiatum rel. continetur duobus vocabulis:

Apol. 33 B ἀκούειν ὧν ἂν λέγω.
Hipp. II. 369 D μέλει ὧν λέγει.
Menon. 99 C πολλὰ καὶ μεγάλα * ὧν πράττουσι καὶ λέγουσιν[2].
Phaedr. 266 C ἐπιστήμονές γε ὧν ἐρωτᾶς.
„ 278 D τιμιώτερα ὧν συνέθηκεν ἢ ἔγραψεν.
Theaet. 164 A ἐπιστήμων * οὗ ἑώρα,
„ 169 C περαιτέρω γε ὧν προτίθεσαι
„ 189 C ἁμαρτάνων οὗ ἐσκόπει
Pol. I. 330 A ὧν κέκτησαι τὰ πλείω.
„ IV. 433 B τὸ ὑπόλοιπον * * * ὧν ἐσκέμμεθα
„ IV. 437 D πλέονος * * ἢ οὗ λέγομεν
„ V. 455 B εὑρετικὸς * οὗ ἔμαθεν
„ VI. 504 D μεῖζον δικαιοσύνης τε καὶ ὧν διήλθομεν;
Polit. 309 E κοινωνῆσαν δὲ ὧν λέγομεν
Legg. V. 730 A ὁ τυχὼν ὧν ἔπαθε.
„ VI. 752 C γενομένου * * οὗ λέγομεν.
Hipp. I. 281 B πλείω * ὧν λαμβάνεις
Menex. 247 D ὧν εὔχοντο τὰ μέγιστα

tribus vocabulis:

Theaet. 190 D ἐφάπτεσθαι * οὗ μὴ δοξάζει.
Pol. V. 467 B παρόντων ὧν ἂν τέκῃ.
Legg. X. 902 B βελτίω * ὧν δὴ πράττουσι
Hipp. I. 303 B ποτέρων οὖν * * δοκεῖ σοι τὸ καλὸν εἶναι; πότερον ὧν σὺ ἔλεγες;

quattuor vocabulis:

Lys. 221 E ἐνδεὲς * * οὗ ἄν τις ἀφαιρῆται.[3]
Symp. 218 A τὸ ἀλγεινότατον ὧν ἄν τις δηχθείη,
Pol. II. 371 B μεταδώσουσιν ὧν ἂν ἕκαστοι ἐργάζωνται;

---

[1] Codices omnes ἄτεχνόν τε καὶ ἔντεχνον praebent. Heindorf vero correxit in ἀτέχνων τε καὶ ἐντέχνων quem secuti sunt Stallbaum, Ast, Kuehner, pluresque alii.

[2] Buttmann et Ast, δι' ὧν.

[3] Stephanus quem Ast secutus est coniecit τι pro τις, attractione sublata.

sex vocabulis:

Epist. III. 316 A *χωρὶς ὧν σὺ προσέγραψας ἤ τις ἕτερος.*

Additamentum adverbiale accedit verbo enuntiati rel. compositi e quattuor vocabulis:

Lys. 220 C *τριῶν ὄντων ὧν νῦν δὴ ἐλέγομεν,*
Phaedr. 231 A = 264 A *μεταμέλει ὧν ἂν εὖ ποιήσωσιν,*
Crat. 391 A *ἐπελάθου γε ὧν ὀλίγον πρότερον ἔλεγον,*
Theaet. 184 A *ὧν κύει περὶ ἐπιστήμης * * * * * ἀπολῦσαι.*
Pol. III. 395 E *τἀναντία * ὧν νῦν δὴ εἴπομεν,*
„ VII. 533 A *ἐμπείρῳ * ὧν νῦν δὴ διήλθομεν,*

e septem vocabulis:

Legg. IV. 717 E *μήτ' ἐλλείποντα ὧν οἱ προπάτορες τοῖς αὐτῶν γεννήταις ἐτίθεσαν*[1].

Cum infinitivo verbum iungitur:

Lach. 189 C *τὰ πολλὰ * * * ὧν ἂν διανοηθῶ ἐρέσθαι,*
Epist. VII. 337 D (bis) *ἀδελφὰ ὧν τε Δίων ὧν τ' ἐγὼ ἐπεχειρήσαμεν Συρακούσοις εὖ φρονοῦντες συμπρᾶξαι,*

Cum participio:

Gorg. 500 A *ἀναμνησθῶμεν δὴ ὧν αὖ ἐγὼ πρὸς Πῶλον καὶ Γοργίαν ἐτύγχανον λέγων.*
[Soph. 217 B *λόγων * παραπλησίων ὧν καὶ πρὶν ἡμᾶς δεῦρ' ἐλθεῖν διερωτῶντες αὐτὸν ἐτυγχάνομεν*][2].

2. Masculini generis cum notione rerum:

Pol. II. 362 E *τοὺς ἐναντίους λόγους ὧν ὅδε εἶπεν,*
„ II. 377 C *ὧν δὲ νῦν λέγουσι τοὺς πολλοὺς* (sc. *μύθους*).

cum notione personae:

Lys. 205 A *τὸ ἐρᾶν * * οὗ λέγει ὅδε;*
Pol. III. 397 D *ὁ ἐναντίος οὗ σὺ αἱρεῖ,* (sc. *ποιητής*).

2. Feminini generis cum notione rerum:

Legg. III 695 D *χώρας οὐκ ἐλάττους ὧν κατέλιπε Κῦρος.*

Attractio cum prolepsi fit:

Charm. 175 C (bis) *ἐπιστήμων ὧν τε οἶδεν, ὅτι οἶδεν καὶ ὧν μὴ οἶδεν ὅτι οὐκ οἶδε.*

Pronomen rel. infinitivi subiectum est:

Phaed. 77 C *φαίνεται γὰρ ὥσπερ ἥμισυ ἀποδεδεῖχθαι οὗ δεῖ,*
Legg. III. 687 D *ὧν γ' ὁ παῖς εὔχεται ἑαυτῷ γίγνεσθαι, πολλὰ κτλ.*

---

[1] *τοῖς αὐτῶν γεννήταις* e coniectura Badhami. Codices habent *τοὺς αὐτῶν γεννήτας* quod plurimi editores in *εἰς τοὺς αὐτῶν γεννήτας* emendarunt.

[2] Pronomen *ὧν* omittit Schanz, ita ut attractio sublata sit.

V. E praepositionibus pendentia.

1. Neutri generis.

Enuntiatum rel. circumscriptum est duobus vocabulis:

Lach. 181 C *περὶ δὲ ὧν ἠρξάμεθα*
„ 189 D *περὶ ὧν προυθέμεθα.*
„ 200 B *περὶ ὧν ἐλέγομεν*
Gorg. 448 D *ἐξ ὧν εἴρηκεν,*
„ 472 B *περὶ ὧν λέγω,*
„ 505 E *περὶ ὧν λέγομεν*
„ 516 D *ἐξ ὧν ὡμολόγεις.*
Menon. 81 A *περὶ ὧν μεταχειρίζονται*
Prot. 347 E *περὶ ὧν λέγουσιν,*
Phaedr. 278 C *περὶ ὧν ἔγραψε,*
Phaed. 61 C *ἐξ ὧν ἤσθημαι,*
„ 76 B *περὶ ὧν ἐπίσταται*
„ 96 A *περὶ ὧν λέγεις*[1]
Theaet. 171 B *ἐξ ὧν γέγραφεν.*
„ 177 B *περὶ ὧν ψέγουσι,*
„ 177 B *περὶ ὧν λέγουσι,*
„ 185 B *περὶ οὗ λέγομεν.*
„ 194 B *περὶ δὲ ὧν ἴσμεν τε καὶ αἰσθανόμεθα.*
Pol. I. 352 D *ἐξ ὧν εἰρήκαμεν.*
„ V. 450 B *περὶ ὧν ἐρωτῶμεν*
„ VIII. 545 C *περὶ ὧν προυθέμεθα*
„ X. 602 B *περὶ ὧν μιμεῖται,*
„ X. 616 D *ἐξ ὧν ἔλεγε,*
Soph. 263 B *ἐξ ὧν ὡρισάμεθα*
Legg. IX. 859 C *περὶ ὧν εἴρηκα*
Alc. I. 106 C *περὶ ὧν οἶδα*
Hipp. I. 297 B *ἐξ ὧν εὑρίσκομεν*
Epist. II. 313 A *περὶ καὶ ὧν εἶπον,*
„ VII. 342 A *περὶ ὧν λέγω*

tribus vocabulis:

Apol. 22 B *περὶ ὧν αὐτοὶ πεποιήκεσαν.*
Gorg. 472 A *περὶ ὧν σὺ λέγεις*
Menon. 79 B *ἐξ ὧν σὺ ὁμολογεῖς,*

---

[1] *ὧν λέγῃς* (*λέγεις* ex *λέγῃς* fecit C) B C D, defendit Ast. Cf. Riddell, Digest of Idioms § 65 p. 142.

Menon. 92 C *ἐξ ὧν αὐτὸς λέγεις*
Prot. 313 C *ἐξ ὧν σὺ λέγεις*
Phaedr. 258 C *ἐξ ὧν σὺ λέγεις*
Symp. 204 C *ἐξ ὧν σὺ λέγεις*
Theaet. 157 D *περὶ ὧν ἂν ἐρωτῶ.*
„ 183 D *περὶ ὧν κελεύει Θεαίτητος*
„ 189 E *περὶ ὧν ἂν σκοπῇ.*
Pol. VII. 533 C *ἐξ οὗ μὴ οἶδε*
„ X. 602 A *περὶ ὧν ἂν μιμῆται*
„ X. 602 A *περὶ ὧν ἂν ποιῇ.*
Legg. XI. 920 C *πλὴν ὧν ἂν νόμοι ἀπείργωσιν ἢ ψήφισμα.*
Theag. 124 E *ἐξ ὧν ἐγὼ εἶπον.*
Alc. I. 106 C *περὶ ὧν σὺ ἐπίστασαι*
„ 112 D *ἐκ μὲν ὧν σὺ λέγεις*
„ 114 B *περὶ ὧν ἂν εἴδῃ,*
Minos 316 D *περὶ ὧν ἂν εἰδῶσι,*

quattuor vocabulis:

Menon. 85 C *περὶ ὧν ἂν μὴ εἴδῃ*
Phaed. 83 E *οὐχ ὧν οἱ πολλοὶ ἕνεκά φασιν*[1].
Pol. VI. 506 C *περὶ ὧν τις μὴ οἶδε*
Legg. IX. 876 E *πλὴν ὧν ὁ νόμος ἐφίησι,*

pluribus:

Charm. 172 B *περὶ ὧν ἂν καὶ αὐτὸς μάθῃ;*
Theaet. 194 A *περὶ ὧν μὲν μὴ οἶδέ τις μηδὲ ᾔσθετο πώποτε,*
Apol. 24 B *περὶ μὲν οὖν ὧν οἱ πρῶτοί μου κατήγοροι κατηγόρουν,*

Additamentum adverbiale additur, ita ut enunt. rel. tribus vocabulis constet:

Menex. 246 C *ἐξ ὧν τότε ἔλεγον.*
Epist VII. 341 B *περὶ ὧν τότε ἤκουσε,*

quattuor vocc.:

Crit. 107 B *περὶ ὧν ἂν οὕτως ἔχωσι*
Pol. II. 374 A *ὑπὲρ ὧν νῦν δὴ ἐλέγομεν*

pluribus:

Gorg. 455 D *περὶ ὧν νῦν δὴ Σωκράτης ἔλεγε*
Prot. 352 E *ὑφ' ἡδονῆς φασὶν ἡττωμένους ἢ λύπης ἢ ὧν νῦν δὴ ἐγὼ ἔλεγον,*

---

[1] *φασιν* legitur in B C D E, Hirschig inclusit. Hermann qui olim *ἕνεκά φασιν* delevit proposuit *ἕνεκα φαίνονται* R. M. IV. 439.

Soph. 218 A *ἐξ ὧν αὐτός τε πρότερον διείλεγμαι καὶ σὺ τὰ νῦν μοι διακελεύει.*

Prot. 347 C *περὶ δὲ ὧν τὸ πρῶτον ἐγώ σε ἠρώτησα,*

Theat. 206 A *ἐξ ὧν αὐτὸς σύνοισθα σαυτῷ ἐν τῇ τῶν γραμμάτων μαθήσει;*

Criton. 43 D *ἐξ ὧν ἀπαγγέλλουσιν ἥκοντές τινες ἀπὸ Σουνίου καὶ καταλιπόντες ἐκεῖ αὐτό.*

Phaedr. 264 A *ἀφ' ὧν πεπαυμένος ἂν ἤδη ὁ ἐραστὴς λέγοι πρὸς τὰ παιδικά.*

Cum infinitivo verbum enuntiati rel. iungitur:

Lach. 178 B *περὶ ὧν μέλλομεν ἀνακοινοῦσθαι.*

Phaed. 73 B *ἐξ ὧν Κέβης ἐπεχείρησε λέγειν*

Theaet. 201 B *περὶ ὧν ἰδόντι μόνον ἔστιν εἰδέναι, ἄλλως δὲ μή,*

Theag. 126 D *ἐξ ὧν ἐγὼ δύναμαι αἰσθέσθαι.*

Epist. XIII. 361 A *περὶ δὲ ὧν ἐπέστελλές μοι ἀποπέμπειν σοι,*

Cum participio:

Alc. I. 106 D *περὶ ὧν ἄρ' εἰδὼς τυγχάνεις,*

Duos accusativos verbum enuntiati rel. regit:

Gorg. 512 C *ἐξ ὧν τὰ σαυτοῦ ἐπαινεῖς*[1],

Prot. 347 C (supra commemoratus).

Prot. 357 B *περὶ ὧν ἤρεσθ' ἡμᾶς*

Praeter accusativum dativo coniungitur:

Epist. XIII. 361 A (supra commemoratus).

Cum genitivo:

Theag. 122 B *ἐξ ὧν ἐμοῦ ἀκήκοας,*

Pronomen rel. infinitivi subiectum est:

Prot. 319 C *περὶ μὲν οὖν ὧν οἴονται ἐν τέχνῃ εἶναι, οὕτω διαπράττονται*

Attractio fit cum praepositione repetita:

Phaed. 74 B *ἆρ' οὐκ ἐξ ὧν νῦν δὴ ἐλέγομεν, ἢ ξύλα ἢ λίθους ἢ ἄλλ' ἄττα ἰδόντες ἴσα, ἐκ ταύτων ἐκεῖνο ἐνενοήσαμεν, ἕτερον ὂν τούτων;*

Alia pronomina praeter *ὅς* attractionem patiuntur:

Parm. 136 B *περὶ ὅτου ἂν ἀεὶ ὑποθῇ ὡς ὄντος καὶ οὐκ ὄντος κτλ.*

---

[1] Sic Stallbaum, Ast (XI, p. 360), Krueger (§ 51. 13. 7), Kuehner (p. 914), Matthiae (421).

Legg. IX. 871 B *ὁ δὲ ἐθέλων τιμωρεῖν, τῶν δε ἐπὶ τούτοις λουτρῶν φυλακῆς πέρι καὶ ὅσων ἂν ἑτέρων ὁ θεὸς περὶ ταῦτα νόμιμα παραδῷ, πάντα ἀποτελῶν κτλ.*

Alterius generis exemplorum numerus altero tanto maior est quam prioris. Nihilominus attractio certioribus et angustioribus finibus circumscripta fuisse videtur. Nam forma pluralis *ὧν* hoc in genere undeducenties cernitur, in illo ter et octogies; hic igitur attractio in dicionem suam denas partes, illic novenas redegit. Formam *οὗ* hic reperimus duodevicies, illic quaterdecies. Aliae relativi *ὅς* formae non occurrunt. Neque pronomina alia reperiuntur nisi semel *ὅστις* (Parm. 136 B), semel *ὅσος* (Legg. 871 B). Forma autem feminini generis singularis omnino deest. Demonstratum igitur est quod supra dixi primo obtutu apparere, attractionem intra angustiores fines adhiberi in eis enuntiationibus rell. quarum pronomina vices nominis regentis sustinerent.

Idem apparebit, si animos ad genus pronominis rel. advertemus. Neutri enim generis sunt 212 exempla, masculini 6, feminini 1.

Eodem modo memorabile est, quod pluralis attractioni subiectus est in 200 enuntiatis rell., in 19 tantum singularis.

De verbis in enuntiatis rell. adhibitis eadem observes quae in priore genere observata sunt. Verbum enim *λέγω* invenitur quinquies et quinquagies, *εἶπον* sexies, *εἴρηκα* septies, *φημί* semel, verbum sciendi *οἶδα* sexies et vicies. Sed praeter ea paene cuiusvis nullius significationis verba occurrunt, ut iterum declarare audeam, nihil ad attractionem significationem verbi facere.

Etiam constructioni pronominis rel. eadem ratio servata est quam supra indicavi. Nam bis tantum verbum sententiae relativae duos accusativos admisit, Gorg. 512 C, Prot. 357 B; semel verbum flagitavit alterum genetivum, ita ut ambiguitatis vitandae causa attractio omitti potuerit, cf. Theag. 122 B. Obiectum attractum est semel verbi *ἀδικεῖν* (Pol. 366 A), semel verbi *οὕτως ἔχειν*. Atque accusativus anticipatus, qui dicitur, abiit bis in genetivum, Charm. 175 C, Gorg. 449 C.

Quattuor vero locis pronomen rel. infinitivi subiectum est, Legg. 687 D, 849 B, Prot. 319 C, Phaed. 77 C. Sed locus Phaedonis mihi videtur dubius esse, propterea quod verbum infinitivi activi vel passivi suppleri potest. At vero cum activus subauditur, causa removetur offensionis.

Oculos autem in se convertunt ei loci, quibus adiectivum vel participium praedicati loco pronomini relativo additur. Quorum sunt numero quinque; Apol. 37 B, Phaedr. 262 C, 247 D, Parm. 136 B, Legg. 871 B. Et primo loco Apologiae duae constructiones inter se confunduntur. Nam scribi potuit aut *τι ὧν οἶδα ὅτι κακά ἐστιν,* attractione cum prolepsi coniuncta, aut *τι ὧν οἶδα κακὰ ὄντα* vel *κακῶν ὄντων.* Hoc igitur loco abuti non poterimus ad disceptandum, utrum praedicatum una cum pronomine casum mutet necne. Haec vero quaestio non facile solvitur. Nam si auctoritatem codicum sequi volumus, duo extant loci, quibus praedicatum quod ex adiectivo et participio constat abiit in casum nominis regentis; Phaedr. 247 D, Parm. 136 B. De reliquis locis viri docti valde inter se discrepant. Locum enim Phaedri 262 C corrigere voluit Heindorf, cum pro *ἄτεχνόν τε καὶ ἔντεχνον,* quod codices praebent, coniceret *ἀτέχνων τε καὶ ἐντέχνων,* quam emendationem acceperunt Stallbaum, Ast, Kuehner, Krueger, Schanz. Deinde altero loco, Legg. 871 B, valde dubito an codex Par. lectionem veram tradiderit. Etenim non modo ea occurrit offensio, quod pronomini attracto praedicatum accedit, sed etiam haec, quod pronomen *ὅσος* attractione affectum est, id quod vidimus rarissime accidere. Fortasse admitti potest explicatio Astii, qui vocabulum *φυλακήν* supplendum esse putat in enuntiatione rel., si quidem eius adnotationem non satis dilucidam recte intellexi. Dicit enim: „verba ita cohaerent *πάντα ἀποτελῶν περὶ φυλακῆς τῶν ἐπὶ τούτοις* (*νόμιμα*) *λουτρῶν καὶ* (*περὶ*) *ὅσων ἂν ἑτέρων ὁ θεὸς νόμιμα περὶ ταῦτα* (i. e. praecedens *ἐπὶ τούτοις*) *παραδῷ* i. e. *ὅσων ἂν ἑτέρων φυλακὴν* (quae reliqua observanda esse) *παραδῷ* et *νόμιμα* positum est ac si *ὅσα ἕτερα* praecesserit“. Quam explicationem, quamquam novam difficultatem adfert, tamen probavit, ut videtur, Bekker. Neque Stallbaumium, cuius explicatio, etiamsi e coniectura pendet, tamen multo verisimilior videtur esse, silentio praeterire licet. Hic quidem arbitratur genetivum *νομίμων* restitui oportere, quem praecedens *περὶ ταῦτα* in corruptelam traxerit. Sed huic loco nova codicis collatione opus est, priusquam lectionem firmam constituere possimus. Interim locum tanta dubitatione implicatum non oportet eis adnumerari, e quibus normam dicendi repetamus.

Semel tantum invenitur id quod apud Thucydidem non raro admissum est[1], quod, quoniam secundum grammaticae artis leges

[1] Cf. III. 64. 2, VIII. 48. 3.

explicari non potest, anacoluthon appellari potest. Locus est Phaed. 74 B. Pronomen demonstrativum scriptor non erat adhibiturus, cum pronomen rel. attractione affectum esset. Postea vero perspicuitati ut consuleret pronomen demonstrativum addidit. Satis enim erat sive ἐξ ὧν sive ἐκ τούτων ὧν scripsisse.

In modo verbi sententiae rel. adhibito non necesse est diu morari. Nam indicativus apparet 173 locis, indicativus cum infinitivo coniunctus 10 locis, indicativus cum participio 4 locis; deinde coniunctivus 25 locis, coniunctivus cum infinitivo 2 locis; postremo optativus 2 locis. Semel autem verbum φημί coniunctum est cum verbo, quod ipsum infinitivum poscit (Pol. VII. 531 E). Optativus vero orationis obliquae cernitur Symp. 218 A; et potentialis qui dicitur Phaedr. 264 A.

De ambitu et positione sententiarum rell. haec moneo. Enuntiationes rell. pleraeque e binis, ternis, quaternis vocabulis constant; quinquies e novenis verbis, Gorg. 500 A, (Soph. 217 B)[1], Theaet. 206 A, Parm. 136 B, Legg. 971 B; bis e denis, Criton. 43 D, Phaedr. 264 A. Duodecies antecedit enuntiatio rel. sententiam primariam. Ac saepius unum vel plura vocabula inter pronomen rel. et nomen regens interiecta sunt, singula bis et vicies, bina octies, terna septies, quaterna ter (Hipp. II. 363 B, Euthyphr. 3 C, Pol. 543 B; quinque semel (Theaet. 184 A).

Iam vero operae pretium fecerimus si cum attractionis admissae exemplis attractionem omissam comparaverimus. Cuius rei exempla, etiamsi numero compluria sunt, tamen paene omnia in eas regulas vel leges quas vidimus bene quadrant. Ut enim attractio raro adhibita est eis locis quibus pronomen rel. infinitivi subiectum est, ita attractionem saepissime omissam esse talibus locis videmus. Lys. 220 C; Menon. 77 E; 89 E; Prot. 323 A; Phaedr. 264 C; Crat. 426 A; Theaet. 145 D; Pol. 440 C; 606 D; Tim. 77 B; Crit. 108 E; Phil. 12 B; Legg. 656 A; 711 D; 722 D; 856 E; 920 A. Atque cum pronomini rel. praedicatum vel nomen vel adiectivum accedit, attractio non admittitur: Gorg. 523 A; Phaedr. 250 C; 255 C; 269 C; Crat. 392 A; Phaed. 96 A; Theaet. 177 E; 201 A; Pol. 428 D; 429 A; 493 A; Tim. 24 E; 87 E; Parm. 157 E; Phil. 29 E; Legg. 667 D; 804 E; 815 C; 864 B; Phaed. 68 B; 81 C; 89 D; Pol. 464 A; 501 B; Soph. 240 A; Legg. 722 E; 840 B; Epist.

---

[1] Hic locus fortasse praetermittendus est, quem paene omnes editores emendant. Cf. p. 22.

325 D; 331 E. Nec minus attractio vitatur, cum pro simplici *ὅς* alia pronomina rell. usurpantur. Sic *ὅσος*, cum attrahi posset, non attractum est duodevicies: Apol. 38 B; Prot. 354 C; Phaed. 110 C; Pol. 366 E; Tim. 21 C; 50 D; 59 B; Phil. 52 E; 55 B; Legg. 669 D; 740 B; 841 E; 846 A; 922 A; 962 A; Alc. II. 145 C; Clit. 408 E; Epin. 990 D; *οἷος* sexies Criton. 44 B; 45 D; Theaet. 144 C; Pol. 535 A; Legg. 732 E; 890 A; *ὁπόσος* bis Polit. 280 C; Legg. 921 C; *ὅσπερ* bis Phaed. 103 E; Symp. 200 B.

Et tredecies quidem pronomen *ὅσος* neutro plurali dicitur, ubi attractionem expectes. De pronomine *οἷος* dignus memoratu est locus Legg. 732 E, ubi attractio expectanda erat, si hoc pronomen apud Platonem attractionem admitteret, quippe quod obiecti immanentis loco verbo enuntiati rel. additum sit atque pluralis neutri generis sit. Deinde pronomen *ὅσπερ* attractum est semel, attractioni non subiectum est duobus locis, quibus attractio facile adhiberi poterat. Quae cum ita sint, censendum est ab attractione pronomina *ὅσος, ὁπόσος, οἷος, ὅσπερ* aliena fuisse. Sed de *ὅστις* pronomine, etiamsi duobus locis attractio adhibita est, tamen, cum nullus locus exstet quo omittatur, ut certi quidquam statuatur, numerus exemplorum non sufficit.

Aliis locis attractio vitata est propter causas satis perspicuas. Nam pronomen rel. aut ad duo substantiva simul referendum erat, ut Theaet. 168 B, Gorg. 525 A, Symp. 179 B, Legg. 813 C, 913 D; aut ad partem tantum nominis regentis, ut Hipparch. 228 D; aut enuntiatio satis ampla inter substantivum et pronomen intericitur, ut Criton. 47 C. Iam locus Legg. 777 A e poemate epico allatus est, in quam poesin hoc attractionis genus nondum irrepserat. Tum pronomen rel. bis non attractum est, quod ad demonstrativum *ὅ ἥ τό* relatum est, Legg. 714 E, 905 B. Attamen in eodem scripto similis locus reperitur, quo attractio admissa est, 758 C.

De figura etymologica dicturo primum monendum est, quod iam demonstratum est, pluralem, non singularem in attractionem cadere. Quae observatio confirmatur eis locis, quibus attractio non adhibita est. Nam quaterdecies casum non mutavit obiectum ex eadem stirpe unde verbum enuntiati rel. ductum *ἀποκρίσεως ἣν ἀποκρίνει* Theaet. 184 C; *ᾠδῆς * ἣν ᾄδει* Symp. 197 E; *ὠφελείας ἣν ἂν ἕκαστοι τὸ κοινὸν δυνατοὶ ὦσιν ὠφελεῖν* Pol. 519 E; *ὠφελείας ἣν ὠφελοῦσι τοὺς ἀνθρώπους* Theag. 130 E; *προπαιδείας ἣν τῆς διαλεκτικῆς δεῖ προπαιδευθῆναι* Pol. 536 D; *πράξεως * ἣν ἥδε ἡ πόλις ἔπραξε*

Tim. 21 D; *ὑποθέσεως ἣν Ζήνων ὑπέθετο* Parm. 136 A; *τούτου τοῦ μαθήματος ὃ ἡμεῖς ἀξιοῦμεν μανθάνειν* Menon. 90 E, *ἀλλαγῆς* * * *, *ἣν δημιουργοῖς τε ἀλλάτεσθαι σχεδὸν ἀναγκαῖον, κτλ.* Legg. 742 A; *δυσχερείας, ἣν περὶ τὴν μακρολογίαν τὴν περὶ τὴν ὑφαντικὴν ἀπεδεξάμεθα δυσχερῶς* Pol. 286 B. Atque ut quod ad alterum caput pertinet iam nunc occupem, addo locos quibus pronomen rel. dativum respuit *ἀποκρίσει ἥν σοι ἀπεκρινάμην* Gorg. 465 E; *διώξει* *, *ἣν ἡ ψυχὴ διώκουσα τὸ εἰδέναι ὅπῃ ἔχει τὰ πράγματα πορεύεται* Crat. 420 B; *πιλήσει* * * *ἣν ἀποχωριζομένη δέρματος ἑκάστη θρὶξ ψυχθεῖσα ξυνεπιλήφθη* Tim. 76 C; *ὑποθέσει ἣν ὑπεθέμην* Anter. 134 C. Nonnullis quidem locis attractionem omissam excusari aliis causis non ignoro. Sed restant non pauci, quibus cur scriptori ignoscamus quod attractione usus non sit, nulla causa est. Plane igitur etiam caeco apparet figuram etymologicam numero singulari apud Platonem attractionis participem non esse. Sed pluralis numeri sunt tria exempla, quibus attractio non adhibita esse videtur, Legg. 732 E *ἐπιτηδευμάτων οἷα χρὴ ἐπιτηδεύειν,* ubi attractioni pronomen *οἷος* obstitisse supra memoravi; Criton. 46 D *δοξῶν ἃς οἱ ἄνθρωποι δοξάζουσι*; Pol. 461 A *εὐχῶν* *, *ἃς ἐφ' ἑκάστας τοῖς γάμοις εὔξονται καὶ ἱέρειαι καὶ ἱερεῖς καὶ ξύμπασα ἡ πόλις.* Atque hos locos attractioni repugnasse contendo, quod pronomen feminini generis est, quam ad quaestionem illustrandam nunc transeamus.

Vidimus quam raro pronomen masculini vel feminini generis se attractioni praebuerit. Quam ob rem exspectamus plurimos esse locos, quibus pronomen masculini vel feminini generis attractionem spreverit. Neque frustra exspectamus. Nam accusativus pronominis rel. masculini in genetivum substantivi non abiit 17 locis, pronominis feminini 26 locis praeter illos quos modo commemoravi numero satis multos. Masculini generis cum notione personae; Lys. 212 B; Prot. 347 E; Phaed. 78 A; Pol. 463 D; Tim. 25 E; 92 A; Legg. 916 B; 947 C: cum notione rerum; Prot. 328 B; Phaedr. 237 A; Pol. 531 D; Tim. 25 D; Legg. 670 B; 772 C; 811 D; 864 E; Min. 320 A. Deinde feminini generis cum notione personae Legg. 794 B: cum notione rei Euthyphr. 15 E; Criton. 46 D; Charm. 175 E; Gorg. 471 A; Phaedr. 228 E; 249 D; 254 C; Crat. 417 C; 426 C; Pol. 404 B; 456 D; 416 A; 510 D; 532 C; 546 C; 577 A; Tim. 19 B; 89 C; Polit. 297 D; Legg. 805 D; 810 A; 832 C; Menex. 244 E; Epin. 987 A; Epist. 333 E. Quodsi nonnullis locis cur attractio neglegatur, aliae causae proponi possunt, longe tamen plerisque nulla

alia causa inest, quae vitari attractionem iusserit. Quam ob rem statuendum est, genus masculinum ac femininum attractioni vehementissime obstitisse et casum quartum quasi patrium pro viribus defendisse.

Cuius rei quae causa fuerit non apparet. Nam quas Foerster[1] et Bohlmann[2] attulerant causas bene redarguit Reisert[3], qui demonstravit pronomen masculinum illud quod notionem rei contineret paullulo saepius attractum esse quam id quod notionem personae exprimeret; ac ne uno quidem loco attractioni subiectum esse pronomen femininum quod personam significaret. Attractioni autem obnoxiam fuisse notionem personae facile intellegi potest, ex qua causa arbitror gradatim effectum esse, ut pronomen, quandocunque masculini vel feminini generis esset, etiamsi notionem rei exprimeret, tamen ad similitudinem ceterorum exemplorum attractionem repelleret. Quae sententia eo veri similior fit, quod ex aetate Herodoti usque ad Platonem sensim deminuitur numerus eorum locorum, qui pronomen masculinum vel femininum attractum exhibent[4].

Unum autem exstat exemplum quo accusativus qui spatium temporis indicat in genetivum non abiit, Theaet. 158 D. Sed de hac re capite proximo disputabitur.

De figura *προλήψεως*, quae attractioni impedimento bis fuisse videtur, Crat. 392 A, Theaet. 147 B, non opus est dicam.

Sed reliqui sunt 26 loci, quibus attractio non admissa non facile explicatur. Propter enuntiationem sane longiorem omitti potuit attractio Phaedr. 249 C (sententia rel. ex 19 vocabulis constat). Ante nomen regens posita sunt enuntiata rell. locis Alc. II. 138B, Theag. 128 D. Phil. 35 B. Coniunctivum vel optativum exhibent Alc. I. 134C, Apol. 31 D. Pol. 412 D. Theag. 128 D. Et alterius quod dixi vel substantivi generis sunt Alc. I. 134C. Pol. 538 A. Quos locos omnes, quamquam diligentissime et accuratissime inspexi, causas, cur attractio neglecta sit, omnino me latere confiteor. Eadem etiam difficultas Platonis commentatores et editores doctissimos vexasse videtur, quorum non pauci his locis periclitati sunt con-

[1] Cf. p. 39.
[2] P. 4.
[3] P. 16 sq.
[4] Cf. tabulam p. 50. Ex toto numero exemplorum est masculini et feminini apud Herodotum pars .58; apud Thucydidem .18; sed apud Platonem .11.

iecturam. Cf. Alc. I. 134 C, ubi Struvius *οὗ* emendare voluit. Apol. 31 D *τοῦτο* restituit Keck collato Theaet. 151 A; contra Theag. 128 D. Crat. 392 E emendavit Heindorf, ne plura afferam. Sed tam frequentia sunt exempla, ut cautos esse praestet. Qua clare elucet, attractionem non necessitate quadam adhibitam esse sed e voluntate scriptoris nescio quomodo pependisse. Adponam locos, ut materia adsit, si quis eorum qui haec legant maiore adiutus acumine quaestionem retractare voluerit.

Singularis numeri sunt 15 loci[1]:

Alc. I.	134 C	*μεταδιδόναι, ὃ μὴ ἔχοι;*
Apol.	31 D	*ἀποτρέπει με τούτου ὃ ἂν μέλλω πράττειν,*
Pol. III.	412 D	*τούτου ὃ τυγχάνοι φιλῶν.*
Theag.	128 D	*ὃ ἂν μέλλει πράττειν, τούτου ἀποτροπήν,*
Phil.	35 A	*τούτου ὃ μήτ' ἐν τῷ νῦν χρόνῳ πάσχει μήτ' ἐν τῷ πρόσθε πώποτ' ἔπαθεν;*
Criton.	44 A	*ἔκ τινος ἐνυπνίου ὃ ἑώρακα ὀλίγον πρότερον ταύτης τῆς νυκτός.*
Euthyd.	287 A	*τούτου ὃ πράττει.*
Crat.	392 E	*τούτου ὃ ἔσωζεν ὁ πατὴρ αὐτοῦ,*
"	418 B	*ἀπὸ τοῦδε ὃ ἔμελλόν σοι ἐρεῖν,*
"	423 C	*ἐκείνου ὃ μιμεῖται*
"	435 A	*ἀπὸ τοῦ ἀνομοίου γε ἢ ὃ διανοούμενος φθέγγομαι,*
Phil.	35 B	*οὐκ ἄρ' ὅ γε πάσχει, τούτου ἐπιθυμεῖ;*
Theaet.	163 D	*ἐκείνου * ὃ εἶδεν κατὰ τὸν ἄρτι λόγον.*
Phaed.	58 A	*τοῦ πλοίου ὃ εἰς Δῆλον Ἀθηναῖοι πέμπουσιν.*
Legg. VII.	817 B	*τοῦ καλλίστου δράματος, ὃ δὴ νόμος ἀληθὴς μόνος ἀποτελεῖν πέφυκεν,*

Pluralis numeri sunt 11 loci:

Phaedr.	249 C	(iam commemoratus.)
Alc. II.	138 B	*ἃ τυγχάνομεν εὐχόμενοι καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ, ἐνίοτε τούτων*
Lach.	179 D	*τῶν ὀνομάτων * * ἃ ἔχουσιν.*
Euthyphr.	14 A	*τῶν πολλῶν καὶ καλῶν ἃ οἱ θεοὶ ἀπεργάζονται,*
"	15 A	*ἀπὸ τούτων ἃ παρ' ἡμῶν λαμβάνουσιν;*
Ion.	531 A	*περὶ τούτων * * * ἃ Ὅμηρος λέγει ἢ ἃ Ἡσίοδος;*

[1] Recti Bohlmann monuisse mihi videtur p. 9, inter causas attractionis neglectae singularem numerum habendum esse. Cui assentire cogitur, quicumque exempla Platonica examinaverit. Reicienda igitur refutatio quam Reisert p. 36 conatus est.

Symp.	200 C	αὐτῶν τούτων ἃ ἔχω,
Soph.	254 D	τῶν γενῶν, ἃ νῦν δὴ διῆμεν
Phaedr.	267 C	ὀνομάτων * * [ἃ ἐκείνῳ ἐδωρήσατο][1]
Pol. VII.	538 E	περὶ δικαίου * καὶ ἀγαθοῦ καὶ ἃ μάλιστα ἦγεν ἐν τιμῇ,
„	541 A	τῶν νῦν ἠθῶν, ἃ καὶ οἱ γονῆς ἔχουσι,

CAPUT II.

Accusativus pronominis relativi dativum substantivi induit,

A. in eis enuntiatis quae adminiculum quoddam, quo pronomen quasi nitatur, in sententia primaria habent (attributivo genere quod dicunt).

1. Neutri generis.

Enuntiatum rel. constat duobus verbis:

Criton.	50 A	τούτῳ τῷ ἔργῳ ᾧ ἐπιχειρεῖς,
Euthyd.	287 B	τούτῳ τῷ τελευταίῳ * * * ᾧ λέγεις.
Pol. IV.	440 D	τούτῳ ᾧ λέγεις.
Legg. V.	744 A	ἐπὶ τούτοις οἷς εἰρήκαμεν.

tribus verbis:

Charm.	172 B	πρὸς ἑκάστῳ ᾧ ἂν μανθάνῃ
Polit.	271 D	ἑκάστοις * οἷς αὐτὸς ἔνεμεν.

quinque verbis:

Pol. X	614 A	πρὸς ἐκείνοις τοῖς ἀγαθοῖς οἷς αὐτὴ παρείχετο ἡ δικαιοσύνη.

Additamento adverbiali adiecto enuntiatio rel. tribus vocabulis continetur:

Ion.	535 C	παρὰ τοῖς πράγμασιν * * * * * οἷς λέγεις ἐνθουσιάζουσα,
Polit.	307 C	ἐν πᾶσί τε δὴ τούτοις οἷς νῦν εἴπομεν,

quattuor vocabulis:

Hipp. II.	369 E	ἐν τοῖς ἔπεσιν, οἷς σὺ ἄρτι ἔλεγες.
Phaed.	74 D	ἐν τοῖς ξύλοις καὶ οἷς νῦν δὴ ἐλέγομεν τοῖς ἴσοις;

Cum infinitivo verbum iungitur:

Prot.	334 C	ἐν τούτοις οἷς μέλλει ἔδεσθαι,

---

[1] Delevit olim Ast, quem Schanz secutus est.

2. Masculini generis cum notione rei:

Euthyd. 289 D *τοῖς ἰδίοις λόγοις οἷς αὐτοὶ ποιοῦσιν*

Tim. 72 B *ἐν τόπῳ ᾧ λέγομεν*

Pol. III. 398 B *ἐν ἐκείνοις τοῖς τύποις οἷς κατ' ἀρχὰς ἐνομοθετησάμεθα,*

Pol. III. 398 D *ἐν τοῖς αὐτοῖς * τύποις * οἷς ἄρτι προείπομεν*
cum notione personae,

Alc. II. 145 E *ἐν τοιούτοις οἷς ἄρτι εἰρήκαμεν*

3. Feminini generis:

Criton. 50 C *ταῖς δίκαις, αἷς ἂν ἡ πόλις δικάζῃ;*

Pol. IV. 445 E *παιδείᾳ * ᾗ διήλθομεν.*

Nomen ad quod pronomen rel. spectat in enuntiationem rel. transpositum est:

Prot. 359 D *ἐν οἷς σὺ ἔλεγες τοῖς λόγοις*

Crat. 435 A *ἀνόμοιόν ἐστι τῇ ᾗ φῄς σὺ σκληρότητι.*

Incorporatio, quam dixi, cum attractione coniuncta est:

Pol. II. 382 D *ἐν αἷς νῦν δὴ ἐλέγομεν μυθολογίαις,*

„ VI. 489 C *ἀπεικάζων οἷς ἄρτι ἐλέγομεν ναύταις*

„ VI. 503 E *ἔν τε οἷς τότε ἐλέγομεν πόνοις*

„ VII. 533 D *ξυνερίθοις καὶ ξυμπεριαγωγοῖς χρωμένη αἷς διήλθομεν τέχναις.*

„ IX. 592 A *ἐν ᾗ νῦν δὴ διήλθομεν οἰκίζοντες πόλει*

Crit. 108 D *πρὸς οἷς θεοῖς εἶπες,*

Phil. 58 C *ᾗ δ' εἶπον ἐγὼ νῦν πραγματείᾳ.*

Pronomen rel. infinitivi subiectum est:

Parm. 163 C *τούτῳ ᾧ ἂν φῶμεν μὴ εἶναι;*

Aliud pronomen adhibetur:

Pol. III 396 E *διηγήσει * οἵᾳ ἡμεῖς ὀλίγον πρότερον διήλθομεν περὶ τὰ τοῦ Ὁμήρου ἔπη* [1].

B. Genus eorum enuntiatorum, quae nullum in sententia primaria auxilium habent, vel substantivum.

1. Neutri generis.

Gorg. 519 A *πρὸς οἷς ἐκτήσαντο,*

Phaedr. 276 D *ἀντὶ τούτων οἷς λέγω παίζων διάξει* [2]

---

[1] Nonnulis in codicibus legitur pro *οἵᾳ οἵαν.*

[2] *οἷς = τούτοις ἅ.* Sic Stallbaum, Bekker, Ast. Codices praebent *λέγων.* Heindorf emendavit in *ἐν οἷς.*

Theaet. 165 D τἀναντία οἷς ὑπεθέμην.
„ 158 D ἴσου ὄντος τοῦ χρόνου ὃν καθεύδομεν ᾧ ἐγρηγόραμεν,
„ 192 C ἐν οἷς οἶδεν,
Pol. VI. 490 D ὁμολογεῖν οἷς λέγομεν,
Crit. 109 E πρὸς οἷς ἠπόρουν τὸν νοῦν ἔχοντες,
Polit. 258 A ξυγχωρεῖς οὖν οἷς λέγει;
„ 289 D τοὐναντίον * οἷς ὑπωπτεύσαμεν
Tim. 26 D τὸ πρέπον * * οἷς ἐπέταξας
„ 64 A ἐν οἷς διεληλύθαμεν,
Legg. VII. 809 A ἐντυγχάνοντα οἷς λέγομεν

ternis vocc. constant:

Apol. 30 C ἐφ' οἷς ἂν λέγω,
Phaedr. 262 C ἐν οἷς ἡμεῖς εἴπομεν
Euthyd. 289 A χρῆσθαι * * ᾧ ἂν ποιήσῃ.
„ 289 D χρῆσθαι οἷς ἐκεῖνοι εἰργάσαντο,
Symp. 221 D ἐν οἷς ἐγὼ λέγω
Tim. 25 E ξυνηνέχθη * * οἷς Σόλων εἶπεν.
Menex. 237 E ἐπιτηδείαν ᾧ ἂν τέκῃ.

Enuntiato rel. additamentum adverbiale accedit:

Lys. 209 C ἐν οἷς δὲ ἄρτι ἐλέγομεν
Hipparch. 228 A ἐναντία * οἷς ἄρτι ὡμολογήσαμεν

ut quattuor vocc. sit:

Phaed. 105 D τὸ ἐναντίον ᾧ αὐτὴ ἐπιφέρει ἀεί,
Crat. 434 C τῷ λείῳ [προσέοικεν] καὶ μαλακῷ καὶ οἷς νῦν δὴ ἐλέγομεν;
Pol. I. 345 B εἰ γὰρ οἷς νῦν δὴ ἔλεγον μὴ πέπεισαι,
„ V. 468 D [ἐν] ὕμνοις καὶ οἷς νῦν δὴ ἐλέγομεν

plurium:

Gorg. 457 E σύμφωνα οἷς τὸ πρῶτον ἔλεγες περὶ τῆς ῥητορικῆς.
Euthyd. 290 D ᾧ ἂν κτήσηται ἢ ποιήσασα ἢ θηρευσαμένη, * * * χρῆσθαι,
Epist. VII. 348 E παρῆσθα * οἷς περὶ Ἡρακλείδου Διονύσιος ὡμολόγει πρὸς ἐμὲ καὶ σέ.

Verbum enuntiati rel. duos accusativos regit:

Alc. I. 114 D τἀναντία οἷς σὺ ἐμὲ οὐκ ἐθέλεις [sc. πείθειν]

2. Masculini generis cum notione personae:

Lach. 193 E ᾧ ἐγὼ λέγω [sc. προσήκει μάντει]

cum notione rei:

Lach. 193 E ᾧ λέγομεν πειθώμεθα (= λόγῳ)
Phaedr. 273 D οἷς νῦν δὴ διήλθομεν πεισόμεθα (= λόγοις)

Enuntiatio rel. additamentis pronomini relativo adiectis augetur: Criton. 50 A *ἐμμένομεν οἷς ὡμολογήσαμεν δικαίοις οὖσιν ἢ οὔ;* Crat. 421 A *μᾶλλον δὲ ἂν αὐτὸ γνοίης ἐν ᾧ λέγομεν τὸ ὀνομαστόν* [1] [2].

Cum exempla ipsa ante oculos habeamus, pergamus indolem eorum perscrutari, id quod perpaucis verbis perfici potest. Nam usus Platonis hoc in genere attractionis plerumque concinit cum eo quem priore capite observavimus.

Primum de forma pronominis rel. hoc adnoto, *οἷς* reperiri bis et quadragies, *ᾧ* terdecies, *αἷς* ter, *ᾗ* quater, quorum exemplorum in numero *αἷς* bis apparet in eis sententiis, in quibus substantivum in enuntiatum rel. translatum est omnibus additamentis spoliatum, ita ut quam incorporationem dixi efficiatur. Idem evenit etiam in forma *ᾗ*.

Omnibus autem locis formae *ὅς* pronominis attractioni subiectae sunt praeter unum, Pol. 396 E, quo vis attractionis pronomine *οἷος* potita esse videtur. Notabilis est locus, quod sententia rel. amplior est quam quae attractioni apta sit et quod hic (id quod nullo alio loco factum est) pronomen *οἷος* casu mutato ad nomen regens accomodatum est [3].

Deinde generi neutri adhibita est attractio dativi 42 locis, masculino 13, feminino 8. Eorum autem exemplorum, quibus masculinum continetur indicant 4 loci notionem personae.

Numerus pluralis invenitur quinquies et quadragies, singularis duodevicies. Confirmatur igitur quod, supra p. 32 n. contra Reisertum statui, esse aliquid momenti in numero.

Neque minus quod capite primo de verbis in enuntiatis rell. allatis dictum est, in hoc capite observatur.

Figura etymologica cum attractione ter sociatur Criton. 50 C *δίκαις αἷς ἂν * * δικάζῃ;* Prot 359 D *οἷς * ἔλεγες τοῖς λόγοις;* Hipp. II. 369 E *ἔπεσι οἷς * * ἔλεγες.* Quae exempla monendum est omnia pluralis numeri esse.

Semel attractionem subiit pronomen rel., cui attributivi loco adiectivum et participium adiecta sunt. Locus est Criton. 50 A, ubi

---

[1] Omnes editores emendant *οὐ μάσμα ἐστίν,* ita ut difficultas remota sit.

[2] Reiciendus est locus Theaet. 193 D, quo meliores codices *ὡς* pro *ᾧ* praebent.

[3] Huic loco addit Bekker *οἵαν ς* qua nota editionem Stephani indicat. Sed Ast adnotat *γρ. οἵαν* nescio qua auctoritate motus.

praedicatum una cum pronomine attractioni subiectum esse videmus, id quod in priore capite observatum est. Accusativus autem temporis semel dativum induit, Theaet. 158 D, id quod cum apud Platonem tum apud scriptores aetate vetustiores vel aequales paene numquam invenitur.

Praeterea modus in enuntiato rel. indicativus est quinquies et quinquagies, bis indicativus cum infinitivo, quater coniunctivus, bis coniunctivus cum infinitivo.

Postremo ambitus sententiae rel. modum quinum vocabulorum perraro trangressus est, quae semel sex vocabulis, semel septem, semel novem (Epist. 348 E) constat. Fortasse etiam semel decem insunt voces (Pol. 396 E), qua de re iam indicatum est cur dubitemus. Septies autem praemissa est enuntiatio rel. sententiae primariae, ut Phaed. 74 D.

Leges autem causaeque attractionis, quas in capite primo constitui, hoc loco etiam planius demonstrantur. Numquam enim attractum est pronomen, quod infinitivi subiectum est, nisi loco Parm. 163 C. Cf. Apol. 33 A, Lach. 197 D, Crat. 418 E, Pol. 387 E, 398 E, 404 A, 410 A, Phil. 57 E, Legg. 667 A, 853 B. Quindecies autem non attractum apparet pronomen cui adiectivum vel nomen adponitur: Lach. 195 D, Theaet. 180 B, Symp. 194 C, Pol. 393 C, Ion. 533 D, Gorg. 523 A, Menon. 75 A, Crat. 401 C, Phaed. 109 B, Polit. 267 E, 302 E, Phil. 55 E, Epin. 990 E. Neque alia pronomina praeter *ὅς* umquam attractioni subiecta videntur. Cf. *ὅσος* Legg. 968 A; *ὁπότερος* Lach. 184 D; *οἷος* Theaet. 191 B; *ὅστις* Symp. 215 A, Theaet. 187 A; *ὅσπερ* Menex. 235 D. Sententia longiore attractio nondum potita est, cf. Gorg. 509 A. Ne autem attractionem loco Phaed. 111 A exspectemus, infinitivus usurpatus est in sententia secundaria. Feminini vero generis pronomen non abiit in dativum substantivi 7 locis, Lys. 204 D, Gorg. 492 C, Pol. 377 B, 621 D, Legg. 637 E, 754 A, 768 A. Praeterea exstant decem loci, quibus pronomen masculinum attractionem respuit, Prot. 313 B, Phaedr. 253 C, Polit. 309 D, Legg. 670 D, Menex. 243 B, Phaedr. 262 C, Tim. 77 E, Legg. 632 C, 688 B, 887 D. Etiam figura etymologica, cum pronomen singularis numeri est, quattuor locis effecit ut attractio vitaretur, de quibus in priore capite satis dixi. Bis autem pronomen, quod spatium temporis significat, dativum nominis non induit, Legg. 682 D, Gorg. 517 C. Sic igitur res se habet. Cum pronomen spatium temporis exprimit, attractio fere semper spernitur.

Reliqui sunt decem loci, quibus attractio sine ratione certa nobisque perspicua neglecta est. Sed causam attractionis omissae tribus locis fortasse eam dixerimus, quod coniunctivus ἂν particula adiecta adhibetur. Et his quoque locis ut similibus prioris capitis viri docti emendationes proposuerunt eo consilio, ut aut attractio induceretur aut offensio removeretur.

Singularis numeri sunt hi loci;

Euthyd. 289 B *χρῆσθαι τούτῳ ὃ ἂν ποιῇ.*
Phaed. 102 C *τῷ μεγέθει ὃ τυγχάνει ἔχων.*
Lach. 194 C *ὃ γὰρ ἐγὼ σοῦ ἤδη καλῶς λέγοντος ἀκήκοα, τούτῳ οὐ χρῆσθε.*
Gorg. 519 D *ἀδικεῖν τούτῳ ὃ οὐκ ἔχουσιν* [1]*;*
„ 520 B *τούτῳ τῷ πράγματι, ὃ αὐτοὶ παιδεύουσιν* [2]*,*
Legg. V. 733 A *τούτῳ ὃ πάντες ζητοῦμεν.*

Pluralis sunt hi:

Euthyd. 290 D *χρῆσθαι τούτοις ἃ ἐθήρευσαν.*
Crat. 434 B *ὅμοια ὄντα, * * * * *, ἐκείνοις ἃ μιμεῖται ἡ γραφική;*
Phaed. 104 D *ἃ ἂν ἡ τῶν τριῶν ἰδέα κατάσχῃ ἀνάγκη αὐτοῖς κτλ.*
Pol. I. 345 B *ἃ ἂν εἴπῃς, ἔμμενε τούτοις,*

Adnotationes de attractionis usu Platonico generales.

Genus alterum quod ab aliis substantivum dictum est per se existimes accommodatius esse attractioni. Nam fac enuntiatum rel. vices nominis ita gerere, ut sententiae primariae nullum insit vocabulum, quod casus substantivi vicarium esse possit; num mirum est pronomen rel., ut relatio enuntiationis rel. ad verba sententiae primariae plane ostendatur, per assimilationem casum substantivi induere, quod, cum vim et gravitatem ad se defendendum non haberet, prorsus evanuit? Quam ob rem Foerster suo iure coniecit omne hoc attractionis genus initium cepisse ab enuntiatis rell. substantivis [3]. Nam in numero exemplorum apud Aeschylum repertorum, qui primus omnium, quorum scripta nobis tradita sunt, attractionem adhibet, exempla substantivi quod ille dixit generis

---

[1] *B T* praebent *ὅ.* Laurent. VI. 85, Bekker *ᾧ.*
[2] *ᾧ* ex emendatione Meermanianus. Cf. quoque Astii XI. 443.
[3] Cf. p. 68.

fere tres partes efficiunt. Ac fere idem cadit in Sophoclem. Alia res est apud Herodotum prosaicorum antiquissimum, qui huiusmodi attractione usus est. Cuius usus dicendi, quamquam meae sententiae vehementer refragatur, tamen potest explicari. Nam in primo limine, ut ita dicam, linguae increscentis stabat Aeschylus, post quem Herodotus intervallo paene quinquaginta annorum floruit. Quo tempore usus attractionis longe progredi potuit et re vera progressus est. Hanc autem linguae mutationem quinquaginta annis potuisse fieri non mirabile videtur ei qui linguarum historiam inspexerit.

Deinde accusativus pronominis rel. genetivum saepius induit non modo pro numero exemplorum sed etiam pro rata parte, id quod rationem habere videtur ei quis reputet ne uno quidem loco Aeschyleo dativum pronominis rel. ex accusativo ortum legi. Genetivum igitur attractio prius occupavit quam dativum.

Tum plane elucet attractionem saepius pro portione adhibitam esse in dialogis minoribus. Quodsi quis dubitet, perscrutetur tabulas sequentes, quae veram portionem exhibent.

Sunt exempla attractionis

	admissae				omissae			
Classis	I	II	III	IV	I	II	III	IV
Genetivo	42	147	95	42	17	50	90	14
Dativo	10	20	26	5	7	24	26	4
	52	167	121	47	24	74	116	18

Pro rata parte exspectes

	admissae				omissae			
Classis	I	II	III	IV	I	II	III	IV
Genetivo	29	93	165	39	15	49	87	20
Dativo	5	18	31	7	5	18	31	7
	34	111	196	46	20	67	118	27

Quibus e tabulis plane intellegimus exempla enuntiatorum rell. attractorum, quamquam loci attractionis neglectae bene quadrant, tamen longe frequentiora in dialogis primae, alterius, quartae classis, longe minora numero in classi tertia esse. Praecipue autem in legibus attractio rarescit. Patet igitur in lingua vulgari attractionem radices alte egisse, unde gradatim in linguam eruditam diffusam esse. Nam Plato vulgari genere dicendi in Socraticis ac

dialecticis dialogis magis usus est quam in dialogis constructivis. Cum igitur Plato ad scribendum accessisset, ut sermoni simplicissimo ac vulgato studuit, ita attractione saepius usus est. Nec mirum quod eo tempore etiam difficiliora et rariora attractionis genera admisit. Contra cum de rebus abstractis atque absconditis scriberet et elegantiori stilo politiorique operam daret, usum attractionis constringebat [1]. Attamen non potest ex hac re de aetate singulorum librorum quidquam certi constitui.

Postremo affero quae mihi haec quaerenti notabiliora visa sunt. Ne uno quidem loco attractionis admissae tempus futurum vel futurum exactum continetur. Quorum temporum vicaria esse tempora modi coniunctivi, qui non raro apparet, concessi. Attamen in scriptis praecipue eius prosaici, cuius librorum maxima copia nobis tradita est et apud quem materia quae ad quaestionem attractionis pertinet abundantissima praesto est, unum certe exspectabamus exemplum temporis futuri. Quod ut in talibus quoque enuntiationibus occurrere potuisse sentias, vide modo Lysiae or. X. 12 *τί γὰρ ταῦτα, ὧν οὗτος ἐρεῖ, διαφέρει;* Neque in ipsa re ullum erat inpedimentum. Nullum igitur exemplum huiusmodi attractionis apud Platonem exstare mihi valde mirum videtur.

Deinde quod verbum *ἔχω*, quo ad usum cotidiani sermonis aptissimo omnes scriptores saepenumero usi sunt, semel tantum in enuntiato rel. attractionem passo legitur, magnopere miror. Locus est Lys. 217 B. Semel sane in enuntiato rel. attracto invenitur *οὕτως ἔχω*, Crit. 107 B, semel *παρέχω*, Pol. 614 A. Contra reperitur verbum *ἔχω* sex locis, quibus nulla excusatio attractionis neglectae inest nisi ipsum verbum. Loci sunt Lach. 179 D, Alc. I. 134 C, Symp. 200 C, Pol. 541 A, Phaed. 102 C, Gorg. 519 D, et semel *κατέχω*, Phaed. 104 D. Neque hoc casu et fortuito factum esse existumo, quamquam causam rei non dispicio.

Postremo veniam peto ab eis qui hanc dissertationem legent, quod locos sedulo collectos, quibus pronomina *οἷος* et *ὅστις* ut adiectiva

---

[1] Hoc approbatur id quod Foerster ex usu attractionis apud poetas acute coniecerat. Conveniet autem duas sententias Foersteri adscribere; primam p. 95: „neque id mirum, siquidem plurima e parte dialogis continentur et volgari illo dicendi genere, cuius potissimum attractionem propriam statuimus conscripti sunt“; et alteram p. 108: „apud hos in universum non rara esse attractionis exempla non mirabimur, si eam praecipuum locum in pedestri oratione habere meminerimus“.

usurpantur, non afferam. Quod ideo a me factum est, quod Plato in hac re eundem secutus est usum atque ceteri scriptores. Aeque eos locos tacui, quibus **ἔστιν ὅς, θαυμαστὸς ὅσος** formulae adhibentur.

CAPUT III.

Accusativus pronominis relativi ad praepositionem refertur quae accusativum regit.

Erit fortasse qui hoc genus non recte attractioni adnumerari autumet, quippe quod casus non mutetur. Sed omnes locos attractioni attribuo, quibus constructio pronominis rel. aliquo modo ab ea differt quam vocabulum unde pendet postulat. Apparet enim his locis pronomen praepositioni subici neque a verbo solo suae sententiae, quo regi debuit, pendere.

Exempla sunt haec;

Prot. 354 E *πρὸς ὃ ἐγὼ λέγω,*
„ 358 C *ἐπὶ ἃ οἴεται κακὰ εἶναι,* = 358 D
„ 358 E *ἐπὶ ἃ μή:* [sc. *δέδοικεν*]
„ 359 D *ἐπὶ μὲν ἃ δεινὰ ἡγεῖται εἶναι*
„ 359 D *ἐπὶ ἅ γε θαῤῥοῦσι*
Crat. 386 A *εἰς ἅπερ Πρωταγόρας λέγει*
„ 390 E *πρὸς ἃ λέγεις*
Euthyd. 287 E *πρὸς ἃ πέρυσιν ἔλεγες*
„ 295 D *πρὸς ἃ ἂν ἀεὶ ὑπολαμβάνῃς*
Phaed. 75 A *πρός γε ὃ βούλεται δηλῶσαι ὁ λόγος.*
„ 93 A *παρ' ἃ ἂν ἐκεῖνα ἢ ποιῇ ἢ πάσχῃ.*
Symp. 208 C *περὶ ἃ ἐγὼ εἴρηκα* [1].
Theaet. 145 D *περὶ ἃ μανθάνει.*
„ 167 A *παρ' ἃ ἂν πάσχῃ*
„ 177 E *πρὸς ὃ λέγομεν.*
Pol. IV. 426 E *περὶ ἃ νῦν δὴ ἔλεγον,*
„ V. 467 C *πρὸς ὃ λέγεις*
„ VII. 529 C *παρὰ ἃ νῦν μανθάνουσιν*
„ VII. 529 C *πρὸς ἃ λέγομεν*
„ VIII. 552 B *εἰς ἃ νῦν δὴ ἐλέγομεν;*

---

[1] *περὶ* uncis inclusum est ab Astio.

Soph. 219 A πρὸς ὃ βουλόμεθα
Parm. 130 D — Pol. VIII. 552 B
Alc. I. 117 D περὶ ἃ μὴ οἶσθα
Minois 320 B παρ' ἃ ἐνόμιζεν.
Phaed. 105 B παρ' ἣν τὸ πρῶτον ἔλεγον ἀπόκρισιν,

In his genus neutrum maxime superat, et quidem 19 locis numerus pluralis, 5 locis singularis. Femininum vero occurrit semel tantum, Phaed. 105 B, quo nomen per incorporationem quam dixi in sententiam secundariam translatum est. Forma pronominis ὅσπερ semel reperitur, Crat. 386 A. Accusativum autem quem dicimus Graecum semel deprehendimus, Prot. 359 D. Pronomen infinitivi subiectum est tribus locis, Prot. 358 C, 358 D, 359 D. Coniunctivus in duabus legitur enuntiationibus. Neque ambitum quinque vocabulorum sententia rel. excessit. Praepositiones sunt πρός, ἐπί, παρά, περί, εἰς. Quinquies autem vis attractionis nihil valuit; Prot. 358 E, Phaed. 81 E, Pol. 515 E, Parm. 135 E, Legg. 770 D. Quo in numero etiamsi facile explicentur loci Phaedonis et Legum propter demonstrativum relativo additum et usum pronominis ὁποῖος, tamen causam non video, cur ceteris locis attractio non adhibita sit.

CAPUT IV.

Nominativus pronominis rel. genetivum vel dativum induit.

Cum haec attractio apud omnes scriptores perrara sit, tamen certi habendi sunt Platonis loci tres;

Pol. V. 465 D διὰ σμικρόν που μέρος εὐδαιμονίζονται ἐκεῖνοι ὧν τούτοις ὑπάρχει.
Theaet. 158 A ἀλλὰ πᾶν τοὐναντίον οὐδὲν ὧν φαίνεται εἶναι.
Phaed. 69 A τοῦτο δ' ὅμοιόν ἐστιν ᾧ νῦν δὴ ἐλέγετο[1]

de quibus paene omnes editores et grammatici consentiunt. Deinde addendum videtur instar loci ex Phaedone allati, Alc. II. 148 A. εἰ ἐξαρκέσει σοι ἐκείνων τι γενέσθαι ὧνπερ καὶ ἐν ἀρχῇ ἐλέγετο.

[1] Sic Kuehner, Ielf, Ast, Wohlrab.

Relinquuntur duo loci qui dubitationem affere possunt. Atque primus Hipp. II. 363 D *καὶ λέγοντα ὅτι ἄν τις βούληται ὧν ἄν μοι εἰς ἐπίδειξιν παρασκευασμένον ᾖ*, nullam explicationem admittere videtur nisi coniectura mutatus. Qua ratione motus Stallbaum proposuit *παρασκευασμένων* ita praedicatum simul attraheretur. Sed hac in coniectura inest magna difficultas, quoniam non liquet, utrum praedicatum una cum pronomine attractione casum mutet annon. Facilior certe ac longe melior est emendatio *παρασκευασμένῳ* ab Usenero proposita.

Alter est Symp. 178 A. *ἃ δὲ μάλιστα καὶ ὧν ἔδοξέ μοι ἀξιομνημόνευτον τούτων ὑμῖν ἐρῶ ἑκάστου τὸν λόγον.* ubi codices vetustiores lectionem *ἀξιομνημόνευτον* conservarunt a correctoribus in *ἀξιομνημόνευτα* mutatam, omnino ab hac quaestione alienus est. Tres loci difficiliores explicationes fieri possunt. Aut pronomini *ὧν* ex *ἅ* orto adiectivum *ἀξιομνημόνευτον* loco praedicati adiectum est[1], aut adiectivum verbale *ἀξιομνημόνευτον* eodem modo, quo verbalia in *-τέος* exeuntia, cum genetivo impersonaliter usurpatum est. Tertia explicatio quam Hug proposuit mihi probabilior videtur esse; cuius haec sunt verba: „dem Apollodoros schwebte offenbar als Prädicat *ἀξιομνημόνευτα ἔδοξε, (ταῦτα ἐρῶ)* vor, was er statt eines aus dem Vorhergehenden zu erwartenden *μέμνημαι* insofern ganz gut sagen konnte, als man sich dessen am ehesten erinnert, was der Erinnerung am meisten würdig ist. Nun fällt ihm aber ein, dass er nicht nur nicht alle Einzelheiten der Reden mittheilen werde, sondern dass er auch ganze Reden übergehen werde; darum fügt er jetzt lose hinzu: *καὶ ὧν ἔδοξέ μοι ἀξιομνημόνευτον.* Hier wirkt nun das früher beabsichtigte Prädicat soweit nach, als er auch diesen Satz nicht so gestaltet, wie er ihn ohne den vorhergehenden gestaltet haben würde; entweder hätte er nämlich gesagt *ὧν ἔδοξέ μοι ἄξιον* sc. *μεμνῆσθαι τοῦ λόγου* oder *ὧν ἔδοξέ μοι ὁ λόγος ἀξιομνημόνευτος.*"

[1] Sic Bernhardy, Wissenschaftliche Syntax, p. 336.

CAPUT V.

Si et nomen et pronomen ab eadem praepositione pendent, saepe omissa est altera praepositio.

Hoc non minus attractioni adsignavi quam quae in capitulo tertio protuli. Attractio autem quindecies adhibita, quater et tricies omissa est.

Exempla sunt haec;

Apol.	27 D	ἢ ἔκ τινων ἄλλων, ὧν δὴ καὶ λέγονται[1]
Lach.	192 B	ἐν ἅπασιν οἷς νῦν δὴ ἐλέγομεν αὐτὴν εἶναι[2],
Ion.	531 C	περί ἄλλων τινῶν λέγει ἢ ὧνπερ σύμπαντες οἱ ἄλλοι ποιηταί[3];
Gorg.	453 C	ἐπὶ τῶν αὐτῶν τεχνῶν λέγωμεν ὧνπερ νῦν δή[4].
„	516 C	εἰς αὐτὸν, ὃν ἥκιστ' ἂν ἐβούλετο[5].
Crat.	438 E	δι' ἄλλου του ἢ οὗπερ εἰκός τε καὶ δικαιότατον,
Euthyd.	276 E	διὰ τῶν αὐτῶν ὧνπερ τὸ πρότερον.
Pol. III.	402 A	ἐν ἅπασιν οἷς ἐστι περιφερόμενα,
I.	340 D	κατ' αὐτὸ τοῦτο ὃ ἐξαμαρτάνει,
Parm.	129 A	κατὰ τοσοῦτον ὅσον ἂν μεταλαμβάνῃ
Phil.	17 A	καὶ λάμβανε αὐτὸ ἐν τούτοις οἷςπερ καὶ πεπαίδευσαι.
Legg. VII.	790 C	κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅνπερ ἥργμεθα
„ XII.	943 D	λειποταξίου τούτων εἶναι γραφὰς ἐν τοῖς αὐτοῖς οἷσπερ τῆς ἀστρατείας,
„ XII.	955 A	νικήσαντα γράφειν ἐν ἱεροῖς οἷς ἂν ἐθέλῃ.
Epist. X.	358 C	ἐν τοῖς ἤθεσιν οἷσπερ καὶ νῦν μένεις.

Attractio neglecta est Lach. 181B, Criton. 47C, 52E, Charm. 171B (bis), Gorg. 484B, Prot. 348D, 351C, Phaedr. 240E, Crat. 389B, Euthyd. 278A, Phaed. 76D, 78C, 81D, 109B, 112C, Symp. 213C, 217D, Theaet. 191C, Pol. V. 461D, VIII. 554C, X. 601D, Polit. 264E, Parm. 139A, 154E, 162D, Phil. 27C, Legg. II. 672C, III. 695E, VI. 778D, VII. 795A, IX. 876A, XII. 946D, Epist. VII. 349C.

---

[1] Cf. Stallbaum ad Charm. 155 B; Cron ad locum.

[2] Sic Stallbaum, Schaefer, Bernhardy, Ast, Cron, Krueger.

[3] Cf. notam Stallbaumi.

[4] Stallbaum, Ast et alii.

[5] Sic omnes editores praeter Hirschigum et Cobetum qui εἰς pro ὃν restituerunt.

CAPUT VI.

Attractionis rarissimae genera.

A. Dativus in genetivum abiit:

Gorg. 509 A *ὧν ἐγὼ ἐνετετύχηκα, * *, οὐδεὶς κτλ.*
Prot. 361 E *ὧν ἐντυγχάνω πολὺ μάλιστα ἄγαμαι σέ,*
Theaet. 144 A *ὧν δὴ πώποτε ἐνέτυχον — * * * * — οὐδένα κτλ.*
Pol. VII. 531 A *εἰ μὴ μάλα γέ τινες ὀλίγοι ὧν ἐγὼ ἐντετύχηκα.*
Epist. VII. 327 A *οὐδεὶς πώποτε ὧν ἐγὼ προσέτυχον νέων.*

Primo obtutu perspicietur semper composita verbi *τυγχάνειν* adhibita esse, quater *ἐντυγχάνειν*, semel *προστυγχάνειν*. Huiusmodi autem attractionem fieri nil est cur miremur. Quae ut efficeretur id adiuvisse credo, quod non insolita apud scriptores vetustiores est *ἐντυγχάνειν* verbi cum genetivo coniunctio, cf. Herodoti IV. 140, Soph. Phil. 1333, et saepe. Verbum autem *τυγχάνειν* cum genetivum sibi postulet, eius composita consentaneum est genetivum hic illic ascivisse. Quo in usu Platonico, cum non fortuito factum esse videatur, ut nusquam aliud verbum usurpetur, rationem antiquam dicendi his locis conservatam esse praestat censere quam Platoni tantam licentiam tribuere, a qua hic, ut infra demonstrabo, longe abhorruit. Et iudicium hoc quoque argumento fulcitur, quod aliis locis, quibus nullum attractioni impedimentum obstat nisi verbum enuntiati rel., haec neglecta est, cf. Parm. 140 B, Phaed. 73 C, 75 C.

Sane quin apud Xenophontem et Aeschinem[1] huiusmodi attractio locum habuerit, dubitari nequit, cf. Xen. Mem. IV. 1. 14, II. 2. 5, Cyr. V. 4. 39, Aesch. II. 17. Quo in numero non haberi oportet locum Thucydidis satis sollicitatum (I. 1. 2), qui facile explicatur cum *ὧν* pro *ἃ* ab *σκοποῦντι* participio pendere statuimus, quia attractio apud Thucydidem nondum adeo longe progressa erat. Nam omnibus in rebus quae ad attractionem pertinent Thucydides minorem etiam licentiam quam Plato sibi permisit.

Addendum autem est quod attractio loco simili (Symp. 195 E) adhibita non est, ubi pronomen *ὅστις* attractioni restitisse probabile est.

B. Accusativus e nominativo ortus est:

Polit. 297 B *οὐκ ἔστ' ἀντειπεῖν παρά γε ἃ νῦν εἴρηται.*

---

[1] Exempla Kuehner collegit in gram. graec. p. 914. Cf. quoque dissertationem Bohlmanni p. 23 sq.

C. Genetivus a genetivo qui a praepositione pendet attractus est:

Gorg. 505 B οὐκοῦν τὸ εἴργειν ἐστὶν ἀφ' ὧν ἐπιθυμεῖ

Alc. I. 113 B συμβουλεύσειν Ἀθηναίοις περὶ ὧν οὐδὲν οἶδεν;

Hae formae attractionis tam facile explicantur, ut moram nobis non faciant. Cum enim demonstrativum ad quod pronomen rel. referendum est exciderit, nulla mutatione formae pronominis opus est. Excipiendum sane est exemplum Alc. I. 108 E, ubi potius constructio ἐπιστήμων περί τινος admissa est. Cf. Theag. 122 E.

CAPUT VII.

De attractione quae dicitur inversa vel attractione nominis.

Interdum fit ut nomen regens pronomini rel. praemissum casum eius induere videatur, quae attractio inversa dicta est. Cuius attractionis explicationem hoc loco proferre conabor.

Primum monendum est saepenumero unum vel plura vocabula, quae propriam partem enuntiationis rel. efficiunt, ante pronomen rel. collocari posse, ita ut haec verba extra provinciam pronominis rel. esse videantur. Praecipue hoc evenit ante pronomen ὅσος, quo referendus est locus Legg. 849 E et complures; sed etiam ante alia pronomina, praecipue apud poetas. Cf. Pindari Olymp. I. 82. θανεῖν δ' οἷσιν ἀνάγκα; Theog. 814 (p. 426 B) ἐγὼ δ' ἐχθροῖσι πελασθείς ‖ εἰδήσω καὶ τῶν ὅντιν' ἔχουσι νόον; Eur. Aeol. frag. 37 (N.) τὰς δὲ δαιμόνων τύχας ‖ ὅστις φέρει κάλλιστ', ἀνὴρ οὗτος σόφος; Dictyis frag. 340. 6 σκαιόν τι δὴ τὸ χρῆμα γίγνεσθαι φιλεῖ, ‖ θεῶν ἀνάγκας ὅστις ἰᾶσθαι θέλει; quibus exempla multa addi possunt. Saepius etiam idem accidit apud Latinos. Cf. e. g. Ter. Ad. 52 postremo, alii clanculum ‖ patres quae faciunt, quae fert adulescentia ‖ ea ne me celet consuefeci filium; ubi ordo est „quae alii clanculum patres faciunt." Nec desunt exempla apud prosaicos graecos. Neque enim dubius est Tim. 87 E ταὐτὸν δὴ διανοητέον καὶ περὶ τοῦ ξυναμφοτέρου, ζῷον ὃ καλοῦμεν. Quid igitur plura? Eodem modo explico locum Pol. VII. 520 D ἐν πόλει ᾗ ἥκιστα πρόθυμοι ἄρχειν οἱ μέλλοντες ἄρξειν, ταύτην ἄριστα καὶ ἀστασιαστότατα ἀνάγκη οἰκεῖσθαι; scilicet ut ἐν πόλει ᾗ scriptum existimem pro ἐν ᾗ πόλει. Quod si aliter explices non modo anacoluthon sed etiam omissio praepositionis ἐν statuenda erit. Eodem autem modo explicandum esse

arbitror Menon. 96 B, ubi πράγματος οὗ pro οὗ πράγματος scriptum est. Locum adscribo: ὡμολογήκαμεν δέ γε, πράγματος οὗ μήτε διδάσκαλοι μήτε μαθηταὶ εἶεν, τοῦτο μηδὲ διδακτὸν εἶναι; Alia exempla desunt apud Platonem huius attractionis, quam vocant, quae reapse nulla attractio sed modo transpositio ordinis verborum est.

Pars altera.

Tabulae comparativae

de attractionis apud Platonem et apud novem scriptores graecos aetate vestustiores vel aequales usu.

Attractionis usus Platonicus qualis fuerit et quomodo auctus sit, tabulis descriptus melius ostendi atque exhiberi potest quam verbis enarratus. Quam ob rem tabulis sequentibus quam paucissima verba adieci.

Numeri exemplorum.

Auctores	Attractio admissa in		Attractio omissa in		Pro rata parte ex
	Gen.	Dat.	Gen.	Dat.	100 exemplis.
Aeschylus[1]	11	—	8	—	57.9
Sophocles[2]	50	11	27	—	69.3
Euripides[3]	27	3	49	12	33.0
Aristophanes[4]	40	5	24	—	65.2
Herodotus[5]	66	3	30	12	62.2
Thucydides[6]	65	14	31	18	61.7
Antiphon[7]	24	5	14	—	67.4
Andocides[8]	5	1	6	—	50.0
Lysias[9]	69	8	37	—	67.2
Plato	325	63	171	61	62.7

[1] Cf. Foerster p. 58. Addo locos tres, Sept. 310; Suppl. 599, Agam. 974.
[2] Foerst. p. 60 sqq. Addo Frag. 225 (N.).
[3] Foerst. p. 71 sqq. Addendi sunt Med. 753, 758; Alc. 501.
[4] Foerst. p. 77 sqq. [5] Reisert p. 15. [6] Reisert p. 51.
[7] Bohlmann p. 10 sqq. Addo II. B. 4 : VI. 35 : II. Δ. 1 : III. Δ. 3 : IV. 13 : VI. 43.
[8] Bohlmann p. 30 sq. Add. II. 11 : I. 102, 144 : IV. 23.
[9] Bohlmann p. 31 sqq. Addo IV. 4, 13 : VII. 38 (bis) : VIII. 1, 3 : X. 11; XIII. 76 : XIX. 19 : XXX. 4 : III. 42 : VII. 3, 30 : XIII. 50 : XXV. 20.

Ultima columna indicat quot ex centenis exemplis attracta sint. Hi autem numeri mirifico modo concinunt, nisi apud Euripidem, qui attractionem vitasse videtur[1]. Sed valde miror quod, cum apud Homerum, Hesiodum, scriptores vetustissimos lyricos ne unum quidem exemplum huius attractionis inveniatur, subito apud Aeschylum et Herodotum tot exempla exstant quot pro parte apud scriptores aetate posteriores. Atqui Foerster attractionis usum ante Aeschylum nullum esse demonstravit[2]. Itaque Bohlmanno adsentior, qui dicit in praefatione „copia satis ampla Herodoti exemplorum reputata eorumque natura et indole cum Aeschylo, vetustissimo inter poetas attractionis teste, collata haud iniuria nobis conicere licebit, iam ante Herodotum apud prosaicos obtinuisse hanc dicendi rationem".

Neque in ambitu enuntiationum rell. longius progressus est usus Platonicus quam Thucydideus, ut tabula altera indicabit.

Auctores	Enuntiatio relativa constat e vocabulis				
	8	9	10	11	12
Aeschylus	1	—	—	—	—
Sophocles	1	—	—	—	1
Euripides	—	—	—	—	—
Aristophanes	—	—	—	—	—
Herodotus	—	—	—	—	—
Thucydides	4	4	1	—	1
Antiphon	—	—	—	—	—
Andocides	—	—	—	—	—
Lysias	—	—	—	—	—
Plato	3	4	2	1	—

[1] Huius discrepantiae veram causam, mea sententia, exposuit Foerster p. 77. „Illud unum dicendum est aetate illa attractionem structuram novam nondumque consuetam fuisse, magis autem arreptam a Sophocle quam ab Euripide qui nonnunquam ubi ea uti posset veterem structuram retinere maluerit". Cf. Bernhardy Synt. p. 13 „Ganz verschieden ist die Schreibart des Euripides, der hierin, wie in der dramatischen Form und Ausführung, auffallend sich vom hergebrachten Gange entfernte."

Apud Andocidem copia exemplorum nimis exigua est, ut nihil inde effici queat.

[2] p. 43. „Atque ut summam totius disputationis brevi praecidam, quod iam ante hos duos annos dissertatione mea de attractionis usu Aeschyleo scripta p. 1 affirmavi, huius attractionis exempla in litterarum

Inter modos enuntiatis rell. adhibitos coniunctivus certe paulo saepius pro rata parte usurpatur apud Platonem quam apud ceteros. Optativus autem apud omnes scriptores perraro locum obtinuit. Exempla sunt apud Sophoclem unum, apud Thucydidem tria, apud Platonem tria.

Tum constructionem verbi cum infinitivo Plato saepius exhibet quam alii, ne tum quidem vitatum, cum verbum coniunctivo modo positum est.

Sed eorum enuntiationum rell. quae substantivum antecedunt usus a Platone non magis frequentatus est.

Numerorum documenta sume ex tabula hac:

Auctores	Verbum in coniunctivo	Verbum cum infinitivo	Enuntiatio rel. anteposita
Aeschylus	1	1	—
Sophocles	4	3	11
Euripides	—	5	3
Aristophanes	3	5	1
Herodotus	—	—	4
Thucydides	5	1	9
Antiphon	1	4	1
Andocides	—	—	2
Lysias	2	6	13
Plato	39	17[1]	26

De verbis inter substantivum et pronomen rel. interiectis proxima tabula veterum scriptorum usum illustrabit:

Auctores	Verba interiecta					
	1—2	3	4	5	6	8
Aeschylus	—	—	—	—	—	—
Sophocles	7	2	1	1	—	—
Euripides	7	—	—	—	—	—
Aristophanes	6	1	—	—	—	—
Herodotus	6	—	1	1	—	—
Thucydides	1	2	1	—	—	1
Antiphon	1	1	—	1	—	—
Andocides	—	—	—	—	—	—
Lysias	6	4	1	—	—	—
Plato	40	9	4	1	1	—

monumentis ante bella Persica ortis reperiri nulla, sed vetustissimum eius testem esse Aeschylum, id tantum abest ut nunc improbem, ut etiam acrius in hac perstem sententia.“

[1] Quorum e numero quattuor coniunctivum exhibent.

In generibus pronominis in attractione admittendis quo modo differant, indicabit.

Auctores	Genetivi			Dativi		
	M.	F.	N.	M.	F.	N.
Aeschylus	—	1	10	—	—	—
Sophocles	2	2	46	1	—	10
Euripides	—	3	24	1	—	2
Aristophanes	5	6	29	1	1	3
Herodotus	27	12	27	1	—	2
Thucydides	6	6	53	2	6	6
Antiphon	—	—	24	1	—	4
Andocides	2	1	2	—	—	1
Lysias	3	5	61	3	—	5
Plato	21	13	291	13	8	42

In genere pronominis licentiam attractionis paullatim auctam esse facile perspicitur. Terdecies enim apud Platonem accusativus masculini dativo nominis succubuit et ter quidem numerus eius singularis, id quod nullus alius scriptor sibi concessit. Neque vero pronomen femininum tam saepe attractionem patitur quam apud Herodotum. In hac igitur re attractio apud Platonem iam certis finibus adstringi coepta est.

De aliis praeter *ὅς* pronominibus admissis haec habeto. Pronomine *ὅσος* attractio potita est apud Aeschylum, Sophoclem, Aristophanem, Andocidem, Platonem; *οἷος* apud Sophoclem, fortasse apud Platonem; *ὅστις* apud Sophoclem, Platonem (bis); *ὅσπερ* apud Sophoclem (bis) Aristophanem, Thucydidem (quater), Lysiam (bis), Platonem.

Eius licentiae, ut pronomine attracto spatium temporis indicetur, Herodotus Platoni auctor fuit, I. 107.

Duo autem in genera enuntiatorum rell. apud Platonem attractionis usus irrepsit, quae antea vim eius non senserant; id dico, ubi pronomen simul infinitivi subiectum est, et illud, ubi pronomen additamentis oneratur, quae praedicati loco adposita sunt. Nam illud, cum apud Lysiam semel occurrat, apud Platonem invenitur non minus quinquies; hoc Platonis unius proprium est.

Deinde usum attractionis in figuris etymologicis ut illustrem, omnes locos recensebo quibus ea figura apparet, primum singularis numeri, deinde pluralis. Qua attractione Herodotus usus est in

locutione *παιδεύσιος τῆς ἐπεπαίδευτο*, IV. 78; Thucydides in *ἀρχῆς ἧς ἦρξε*, I. 93. 3; Andocides in eadem locutione, I. 90; Lysias in *φυγῆς ἧς ἔφυγον*, XIII. 74; Plato in *ἀσθενείας ἧς * * * ἀσθενοῖ*, vexato loco Charmidis, quem iam reieci[1]. Contra poni possunt hi loci qui attractionem spreverunt: Euripidis Hel. 1099 *λύμης ἣν λυμαίνομαι*; Hel. 1446 *μόχθου ὃν μοχθῶ*; Andr. 318 *ἁμαρτίας ἣν ἁμαρτάνω*; Iph. T. 1455 *πόνου ὃν μοχθῶ*; Herc. F. 461 *δόξης* (= *ἐλπίδος*) *ἣν ἐλπίζω*; Platonis quindecem loci, quos supra contuli[2]. Quid hinc sequitur? Tantum abest ut sententia Kuehneriana[3] claudicet, ut potius confirmetur. Attamen paullulum mutanda est condicione quae circumscribitur his verbis „ausser bei dem Neutrum des Relativs" sublata, cuius loco legi debet „praeter pluralem pronominis relativi." Sic igitur iudicandum est, apud scriptores optimos, Aeschylum dico et Sophoclem et Euripidem et Aristophanem et imprimis Platonem figuram etymologicam singularis numeri attractioni adhibitam non esse.

Sed quomodo res se habet, cum pronomen plurali est numero? Quod ut recte indicetur, exempla omnia in medio ponam. Attractionem Herodotus adhibuit in locutione *ἔπεσι τοῖς λέγω* VII. 3; Thucydides in *ἐγκλημάτων ὧν ἐγκαλῶ* I. 72. 1; Lysias in *ἀδικημάτων ὧν ἀδικῶ* XII. 82; Plato octo locis quos supra collectos invenies[4]. Tribus locis attractio evitata est, quorum duobus aliae causae sunt, cur attractio omittatur. Reliquus est locus Criton. 46 D, ubi genus pronominis attractioni obstaculum fuisse iudico. Statuemus igitur figuram etymologicam pluralis numeri attractioni non obsistere, nisi alia causa in enuntiatione rel. insit, cur attractio non possit adhiberi.

Etiam pronominis *ὧν* pro *τούτων ὅτι* usum, etiamsi a Platone prorsus alienus est, tamen, cum nonnulli viri docti[5] eum ante tempus Platonis inveniri affirment, operae pretium est investigari. Quod breviter potest fieri. Nam loci apud scriptores Platone aeta-

---

[1] P. 6.

[2] Cf. p. 29 sq.

[3] Cf. gram. graec. § 555. 2. 2. Verba sunt: Doch die älteren Schriftsteller ziehen hier ausser bei dem Neutrum des Relativs den Akkusativ vor. Quam sententiam redarguisse se credit Bohlmann, p. 32.

[4] Cf. pp. 16 et 36.

[5] Cf. Maetzner ad Antiph. p. 191, Schneider ad Isocr. IV. 140. 2, Bohlmann p. 11, 18.

tis superiores, qui pro hoc usu allati sunt, numero sunt tres. Et primum Thucydidis (III. 67. 6) locum mea sententia alio modo necesse est explicari. Adiectivum enim *πρόθυμος* cum accusativo coniungi posse non modo ex loco eiusdem auctoris, II. 53. 3, apparet sed etiam cognitum est ex similitudine adiectivorum *δυνατός* etc., quae accusativum eodem modo quo verba a quibus ducta sunt regunt[1]. Deinde locus apud Antiph. IV. *Γ*. 3, quem Maetzner attulit reiciendus est. Nam *ἀμύνομαι ταῦτα* dici potest, ut dixit Eur. Herc. 219. De hoc loco cf. Bohlmanni dissertationis p. 11. Tertius est locus Andoc. IV. 17, qui, quamquam eum non ab Andocide scriptum esse plane demonstratum est, tamen nullam ad hanc quaestionem iudicandam auctoritatem habet. Nam verbum *βιάζομαι* accusativum obiecti quod dicitur immanentis postulat. Cf. Lys. 104. 44. Prima igitur huius usus exempla apud Isocratem et Demosthenem invenies, quae nunc temporis angustiis impeditus colligere non possum. Sed confer e. g. Dem. XVI. 13, XXI. 2, [XLV.] 15; Isocr. IV. 140, VI. 42, X. 47.

Restant duo attractionis genera: primum nominativus a nomine regente attractus. Quo in genere Plato regionem attractionis, quam iam auctores aetatis superioris occupaverant, paullulum extendit. Nam haec attractio primum apud Thucydidem (VII. 67. 3) occurrit; deinde bis apud Antiphontem (II. *Δ*. 2, VI. 4); postremo apud Platonem quinque fortasse locis. Cui rei quasi cognatum est, quod apud hunc scriptorem pronomen quod infinitivi subiectum est non raro in attractionem incidit.

Denique ut attractionem, quam vocant inversam, recte intellegamus, liceat mihi exempla omnia, quae apud auctores, quorum in praefatione mentionem feci, inveniuntur, in unum locum congerere, quippe quae adhuc temporis a nemine collecta esse videam. Sunt igitur haec:

Hom. *Ξ*. 75 *νῆες ὅσαι πρῶται εἰρύαται ἄγχι θαλάσσης ἕλκωμεν*
„ *Ξ*. 371 *ἀσπίδες ὅσσαι ἄρισται ἐνὶ στρατῷ ἠδὲ μέγισται ἑσσάμενοι*
„ *K*. 416 *φυλακὰς δ' ἃς εἴρεαι ἥρως || οὔτις κεκριμένη ῥύεται*

[1] Hoc loco liceat mihi erratum indicare quod Liddell et Scott lexico Graeco-Anglico satis noto admiserunt s. v. *πρόθυμος*. Pro usu *πρόθυμος* adiectivi cum genetivo coniuncti allati sunt loci Soph. El. 3 et Thuc. III. 67. 6, quibus locis pronomen rel. genetivum attractione induit. Nullum vero exemplum possum invenire, ubi *πρόθυμος* genetivum flagitat.

Hom. Z. 396 *Θυγάτηρ μεγαλήτορος Ἠετίωνος* || *Ἠετίων ὃς ἔναιεν* [1]
" *ϑ*. 74 *ἀειδέμεναι κλέε' ἀνδρῶν,*
οἴμης τῆς τότ' ἄρα κλέος οὐρανὸν εὐρὺν ἵκανε,
Hymn. in Cer. 66. *Κούρην τὴν ἔτεκον, γλυκερὸν ϑάλος εἴδεϊ κυδρήν,*
τῆς ἀδινὴν ὄπ' ἄκουσα δι' αἴϑερος ἀτρυγέτοιο
ὥστε βιαζομένης, ἀταρ οὐ ἴδον ὀφϑαλμοῖσιν.
Aesch. Sept. 400 *καὶ νύκτα ταύτην ἣν λέγεις ἐπ' ἀσπίδος*
ἄστροισι μαρμαίρουσαν οὐρανοῦ κυρεῖν,
τάχ' ἂν γένοιτο μάντις ἐννοίᾳ τινί.
Soph. El. 653 *φίλοισί τε ξυνοῦσαν οἷς ξύνειμι νῦν*
εὐημεροῦσαν καὶ τέκνων ὅσων ἐμοὶ
δύσνοια μὴ πρόσεστιν ἢ λύπη πικρά.
Soph. Trach. 151 *τότ' ἄν τις εἰσίδοιτο, τὴν αὑτοῦ σκοπῶν*
πρᾶξιν, κακοῖσιν οἷς ἐγὼ βαρύνομαι.
" " 283 *τάσδε δ' ἅσπερ εἰσορᾷς*
ἐξ ὀλβίων ἄζηλον εὑροῦσαι βίον
χωροῦσι πρὸς σέ
" Oed. R. 449 *τὸν ἄνδρα τοῦτον, ὃν πάλαι*
ζητεῖς ἀπειλῶν κἀνακηρύσσων φόνον
τὸν Λαΐειον, οὗτός ἐστιν ἐνϑάδε.
" Oed. C. 1150 *λόγος δ' ὃς ἐμπέπτωκεν ἀρτίως ἐμοὶ*
στείχοντι δεῦρο, συμβαλοῦ γνώμην.
Eur. Med. 12 *ἀνδάνουσα μέν*
φυγῇ πολιτῶν ὧν ἀφίκετο χϑόνα.
" Or. 591 *Ἀπόλλων ὃς μεσομφάλους ἕδρας*
ναίων βροτοῖσι στόμα νέμει σαφέστατον,
* * * * * * * * * *
τούτῳ πιϑόμενος τὴν τεκοῦσαν ἔκτανον.
" " 1629 *Ἑλένην μὲν ἣν σὺ διολέσαι πρόϑυμος ὢν*
ἥμαρτες, ὀργὴν Μενέλαῳ ποιούμενος || *ἥδ' ἐστίν.*
Arist. Lys. 408 *ὦ χρυσοχόε τὸν ὅρμον ὃν ἐπεσκεύασας,*
ὀρχουμένης μου τῆς γυναικὸς ἑσπέρας
ἡ βάλανος ἐκπέπτωκεν ἐκ τοῦ τρήματος.
" Plut. 200 *ὅπως ἐγὼ τὴν δύναμιν ἣν ὑμεῖς φατὲ*
ἔχειν με, ταύτης δεσπότης γενήσομαι.

---

[1] Cf. notam in Iliadis editione Clarkiana (MDCCXXIX) „*Ἠετίων* non hic positum est pro *Ἠετίωνος*, figura quam Antiptosin appellant, ineptissima; quaque, siqua esset, iam grammatica plane nulla esset: sed *Ἠετίων ὅς*, Eetion qui, eodem redit ac si dicas *ὅστις Ἠετίων*."

Herodoti II. 106 τὰς δὲ στήλας τὰς ἵστα κατὰ τῆς χώρας ὁ Αἰγύπτου βασιλεὺς Σέσωστρις, αἱ μὲν πλεῦνες κτλ.

Thucyd. III. 104. 2. θῆκαι, ὅσαι ἦσαν τῶν τεθνεώτων ἐν Δήλῳ, πάσας ἀνεῖλον.

Lys. XIX. 47. ἀλλὰ τὴν οὐσίαν ἣν κατέλιπε τῷ υἱεῖ οὐ πλείονος ἀξία ἐστὶν ἢ τεττάρων καὶ δέκα ταλάντων.

Oraculum apud Suidam s. v. Ὑμεῖς, ὦ Μεγαρεῖς (Frag. Hist. Graec. M. II. p. 51. 17) (initium oraculi excidit)
ἵππον Θεσσαλικήν, Λακεδαιμονίην δὲ γυναῖκα,
ἄνδρες δ' οἳ πίνουσιν ὕδωρ καλῆς Ἀρεθούσης [1].

Plat. Pol. VII. 520 D; Menon. 96 B [2].

In his cum plures loci per anacoluthon excusationem accipiant, tamen nonnulli in eam explicandi rationem quam proposui optime quadrant. Locos dico Il. *Z*. 396, *Ξ*. 75, 371; *K*. 416; Odys. *ϑ*. 74; Soph. El. 653, Trach. 151, 283; Eur. Med. 12; Thucyd. III. 104. 2; duos locos Platonis. Hanc explicationem iam duos abhinc annos mihi probatam recentissimo tempore a Bachio, qui hanc attractionem apud Latinos pertractavit, comprobatam esse guadeo. Verba eius adponere mihi liceat [3]. „In hac igitur constructione, si sobrio utemur iudicio, statuemus latere non tam negligentiam quandam priscorum scriptorum, id quod voluit Haase, quam vetustissimae sententiarum iuncturae, quae vocatur paratactica, vestigia. Id tamen primo obtutu quivis videt vim enuntiationis secundariae priore loco positae adeo superare primariam, ut illud nomen, de quo contentio est, etsi ponitur ante pronomen relativum, ad se attrahat in suamque recipiat ditionem. Haec attractio vel, ut rectius dicam, verborum transpositio non habet quicquam aut difficultatis aut offensionis, ubi nomen substantivum nudum sedem occupat ante pronomen relativum."

Haec habui quae de attractionis usu Platonico monenda esse existimarem. Operam initio mihi propositam bene perfectam esse iudicabo, si mihi feliciter evenerit, ut naturam atque progressum huius figurae quocumque modo illuminaverim atque tenebras, quibus circumfusa est, discusserim.

---

[1] Hoc loco codices valde discrepant, alii ἄνδρες alii ἄνδρας praebentes. Qua de causa hoc exemplum non multum valet.

[2] Cf. infra p. 46 sq.

[3] Prog. d. Bischöflichen Gymn. zu Strassburg, 1888. p. 20.

Vita.

Natus sum Franciscus Ludovicus van Cleef anno h. s. LXIII, die XX mens. Maii, in oppido civitatis Ohianae Americanae, patre Georgio Ansono, matre Maria de gente Knox, quibus superstibus adhuc gaudeo. Fidei addictus sum evangelicae. Scholam publicam postquam undecim annos frequentavi, testimonio maturitatis instructus, contuli me ad universitatem Oberlinensem, ubi per quattuor annos moratus, artium liberalium baccalaureus renuntiatus sum. Hinc in universitatem Harvardianam receptus, ad gradum baccalaurei magna cum laude in artibus admissus sum anno LXXXV. Postea ibidem dedi operam studiis philologis per sexies sex menses. Deinde universitatis Bonnensis per ter sex menses fui civis.

Docuerunt me viri clarissimi Allen, Goodwin, Greenough, Lane, Lanman, Smith, White, Harvardiani; Aufrecht, Buecheler, Jacobi, Kekulé, Luebbert, Nissen, Usener, Bonnenses.

Seminarii philologi Harvardiani per sexies sex menses fui sodalis ordinarius. Exercitationibus epigraphicis ut interessem Allen, archeologicis Kekulé, philologis Buecheler benigne admiserunt. Quibus viris omnibus gratias habeo maximas. Imprimis vero Allenum, Whitium, Harvardianos; Buechelerum, Jacobium, Usenerum, Bonnenses studiorum meorum fautores benevolentssiimos gratissimo colam animo.

Sententiae controversae.

I. Codicum Terentianorum praeter Bembinum maiorem ad verum textum constituendum auctoritatem habet Parisinus (P) tertiae quae dicitur familiae quam Victorianus (D) et Decurtatus (G).

II. Errat Fritzschius cum affirmet Lucianum Fugitivos et Cynicum dialogum utrumque non potuisse scribere.

III. Hesiodi Operum et Dierum versus 156—173 a recentiore scriptore ortos esse cum Kirchhoffio affirmo. V. 174 legendum est *τετράτοισι* pro *πεμπτοῖσι*.

IV. Terent. Andriae v. 51 scribe

> Nam is postquam excessit ex ephebis, Sosia,
> Liberius vivendi *erat* potestas,

Codices: fuit.

V. Plat. Lach. 187 E omnes virorum doctorum coniecturae supervacaneae fiunt si pro *γένει* scripseris *γε νῷ*.

VI. Plauti Menaechm. 160 et Poen. 571 per vocabulum *solum* significatur cavum oculi. Errant igitur et qui locos emendandos esse putant et qui Spengelium secuti (cf. Phil. XXVII. p. 340 sq.) solum de planta pedum intellegunt.

VII. Call. Hymni ad Iovem v. 79 scribe

> *ἐκ δὲ Διὸς βασιλῆας· ἐπειδή γ' οὐδὲν ἀνάκτων*
> *θειότερον, κτλ.*

Codices: *βασιλῆες ἐπεὶ Διός.*

AUG 6 1891